PEDIS
ADMIRANDA.


[illegible] pro Bibl.



7 — 1. 5. gr. 25 —

PARISIIS,
Apud PETRVM BILLAINE, in Palatio, propè Sacellum ſancti Michaëlis.

M. DC. XIX.



In Pedis admiranda D. ARTISII.

I. TARISSIVS Theologiæ Doctor, & Prior Cesseno-mensis, amicus.

Non sunt Artisi hæc, non sunt pedis admiranda,
Admiranda tui sed potius capitis.

Eiusdem amicissimi viri.

Mellea quas meruit laudes facundia linguæ,
Debita dona tibi certatim reddere musæ
Huic libro atque tuo grato certamine certent,
Hoc ego dum carmen tantum pro laude repono,
Pes tuus ut quicquid calcauerit hic rosa fiat.



ILLVSTRISSIMO

ET REVEREN-
DISSIMO D.D. FRANCISCO RVPEFVLCALDIO, S. R. E. Presbytero Cardinali, Siluanectensi Episcopo, S. Genouefæ Abbati, & summo Franciæ Eleemosynario.



ARDINALIS Illustrissime,

Qui à facie summi Pontificis, nomen habes, non est mirum si splẽdidissimam tuæ dignitatis faciem quæro, nec mirum si nominis tui radij, pedem meum ad te procedentem illustrãt, cùm quemadmodum Sol æque omnibus lucet, ita tu, ad redundantiam benignitatis, etiam nihil de te meritos soleas

amplecti,quos aliqua tamen virtus aut eruditio commendat. Quod vnum ita Mercurialium virorum forte de ſeculo iſto querimonias temperauit, vt ſtilum ſuum in laudes nominis tui cœperint vertere ac omnino detorquere, vti prona eſt, erga pronos, hominum ingenuorum voluntas, maxime cum hæc literatorum in orbe ſors ſit vnica atque hæreditas ſola, quoſdã, vt dixit Hippocrates inuenire propitios, quod ij nec arma gerant, nec purpuram meri aut mixti Imperij geſtent, vt ſe liberent ab hominum huius æui iniurijs, (quas alijs æuis omnino non timent) Cum veluti contagione reatus primi hominis, quicumque etiam hodie de arbore vitæ deguſtant, miſeri & non miſerabiles ſint. Tu igitur cum ex illis ſis qui tuis virtutibus, & literarum amore, hominum amorem & beneuolentiam tibi conciliaſti, non eſt mirum, ſi nullus eſt de choro muſas amantium, qui te chorum ſuum ducere non amet, quod ego teſtatum venio pedis huius ſymbolum, nomine illorum tibi conſecrãdo, in te enim pedis πιςὸν ἴχνιον ἐρει-σάμην*, i. fidum veſtigium firmaui, vt videant homines nati, & agnoſcant naſcituri, hodie ſapientiam, hodie doctrinam, hodie virtutem, niſi tu eſſes, pedem vbi poneret non habere. Pedis vero ſymbolum dixi,*

quod pedem rem viliſsimam tibi dari, & hoc pedis minutiloquium tibi dedicari, non ſit ſine myſterio, tu enim à pedibus egregiam laudem omnino refers, cum ex illis ſis qui dicuntur à Gregorio Theologo, ἐν ἴχνεσιν ἀβυσ-σου περιπατοῦντες, *i. in veſtigiis & paſsibus abyſsi deambulantes, qui noui ac veteris teſtamenti doctrinam, tãquã abyſſos duplices, (vt vocat D. Ambroſius) coniunxerunt in anima ſua, & bonæ etiam voluntatis ac ſpiritus principalis abyſſum cum rationis & intellectus abyſſo copularunt: nam fatebor hoc tu magis magnus in terra, quod terram cœlo minorem cenſes, hoc poteſtas tua maior, quod illam inde oriri exiſtimas vnde ſpiritus tuus emanauit, hoc denique magis es Cardinalis, quod in omni motu animi aut corporis tui, Cardines cœli potiſsimum ſpectas, vt de te illud dici poſsit, Iobi cap. 22.* Circa Cardines cœli Deus ambulat. *Sed ideo cũ ſit veluti Chaos inter te & alios homines, nec perueniatur ad te pleno gradu per tales abyſsos & Parnaſsi rupes, in tanto diſcrimine meritorum ac doctrinæ, ego nunc veluti ſaltu potius quàm greſſu, dicar ad oculos tuos pedis huius miniſterio promotus: quò cùm peruenerim inſtanter orabo,* Tu ne des in cõmotionem pedẽ meũ, *nec enim pes eſt ſuperbiæ, ſed humilitatis, atque vt in*

ea omnem, ταπεινοφρόνησιν agnoſcas, pes nudus, ego enim cùm his pedibus ad te peruenire ſtatuiſſem, nudos omnino eos eſſe volui, atque, ne vti aiunt Momum in Venere indigne tuliſſe, quod ſtrideret eius calceamentum, Simile quid in me repræhenderet, nudis pedibus, plantaque terram tangendo dimidiata ingredi volui domum tuam, vt qui in templum aliquod ingrediuntur, & limen alicuius loci venerantur: Quod cùm ita ſit, permitte tanquam ad Diui alicuius, ad poſtes tuos figi hunc pedem, pro donario; qui ſi in Cardinibus tuis moueatur, magis gaudebo, quàm ſi inter aſtra tranſlatus, cum Cardinibus cæli volueretur, ſcio enim quod ſi cælum veterauerit, & Cardines eius defecerint, tuarum virtutum Cardines nunquã euertentur. Hoc erat mihi tecum, Cardinalis Illuſtriſſime, nunc vale & pietatem & trãquillitatem publicam regni, quod facis, tueri perge, & cùm ſis melior anima regni, cuius proprium eſt eſſe totam in toto, & totam in qualibet parte, nihil eſt noui ſi cùm totus ſis in regni negotiis, totus etiam ſis in libris & cordibus noſtris. Lutetiæ Pariſiorum XIV. *Kal. Decembris.*

Cardinalis Illuſtriſſime,

Tibi deuinctiſſimus & deditiſſimus

I. D'*A*RTIS.

INDEX CAPITVM.

Epiſtola ad Lectorem.

FINIS.



PEDIS ADMIRANDA.

AD LECTOREM.



T vidi in hac vrbe verum esse Parnassum, & magnam in eo litteratorum turmam, non ausus ad verticem illius oculos erigere, coactus sum eos ad pedes conijcere, vnde somnia & cogitationes meæ omnes fuerunt de pede, vt possim dicere:

Ποσὶ κατπέσε θυμός. *Iliad. ο.*

Ad pedes cecidit animus.

Aut si melior excusatio quærenda, vt vidi quod est ante pedes neminem spectare, omnes cæli scrutari plagas, & in hoc desipere plures, ad pedes volui plus sapiens respicere. Vel denique vt sensi de me, quanquam semipagano, reposci à Musis initiationis in earum sacris aliquas sportulas, ad pedes confugi, iuxta Catonis edictum proclamantis, *Pedibus compensari pecuniam.* Denique quia magistro nostro Mercurio cura prima pedum cùm mittitur: nam, *Cic. pro Flac.*

——*primum pedibus talaria nectit.*

Cùm me mitterent ad vos Musæ clientem,

imitari patronum, & pedem curare primum ſtudium eſſe debuit. Iam vero quia lux, quaſi dux & lictor pedum:

Lycophron. Ποδηγέτης σκότυ λάμπτηρ
Dux pedum in tenebris lux.

Lucem quæſiui, non aliam quàm tui Solis, Ampliſſime, quem hic ſoleo ſæpius inuocare, nec timeo periculum Promethei, quia non manu tetigi hunc ignem, ſed pede, nec ad me trahere volui hanc lucem, ſed me ad illam conferre, & me tibi dare. A pedibus autem cœpi eſſe munificus, quia in eis omnes gratiæ; & ſi vis me argumentum ſumere à fortuna, validiſſimum adfero: Nam ſi ditiſſimus eſſem, pedes non darē, quia diuitibus, vt inquit Dio Chryſoſtomus, *Orat. 35.* Οὐδὲ χεῖρες, ὐδὲ πόδες. i. *Neque manus, neque pedes.* Ego autem in caſtris tenuiorum ſum, ſed ingenuorum, inde illi pedes pro munuſculo tibi offeruntur, pedes qui me totum ad te ferunt.



PEDIS ADMIRANDA.

Præfatio ad librum de Pede.

CAPVT I.



VM caput facio, pedem trepido caput ſimul & pedem perdere, vt illa:

Dum Cretam ſumit faciem Petro.
Sertoria Cretam
Perdidit illa ſimul, perdidit & faciem.

Aut ille:

Commodus Herculeum nomen habere cupit.
Antoninorum non putat eſſe bonum.
Non erit ille Deus, nec tamen vllus homo.

Semper aliquid ignotum reliquêre artes poſteritati, & eſt aliqua Delos quæ mari merſa aliquando emergit, nempe aliquid humanam naturam parere noui:

Hoc non deficit incipitque ſemper. Petro.

Sed quod malum eſt, dum noſtra fœcunda ſunt, antiqua inuenta langueſcunt, & pereunt fauillæ huius cineris, tamen neſcio an vt rerum eſt circulus, ita & ingeniorum,

& iterum fortius eant ingenia poſtquam defecerunt. Quod ſi ita eſt, quis ſcit an noſtri æui mentes tenorem varient, & ſint in primo ſuo motu, & quaſi caleant recens, à tæda Promethei, ſit illud:

Æſch. Prom. Φλογωπὸν ἔχουσι πῦρ ἐφήμεροι. i.

Ignem flammeum habent mortales.

Nunquam præterea legi fontem Muſarum, niſi naſcente Chriſto, areſcere, ſolem alium luxiſſe illis, fores nobis præcluſos Apollinis, vt non vocem, vt non viam inueniremus ad Muſas. Quinetiam plerumque vetuſtatem audio laruam & ſcelaton fieri, quare ne vt qui apud præſtigiatores ſunt, hiant, nec linguam nec manum mouentes, adeo antiquitatis ſaturi ſtemus, plauſum eorum opinionibus dantes, ſentiantque manes quod hodie eſt heri non fuiſſe, eſſe ſua in diſciplinis tropica, & creuiſſe, vt opinor, numerum ſapientum. Atque ſi habuit Vlyxem vetuſtas, qui ſub ariete adhæſit, non eſt hodie vllus qui ſi antrum Cyclopis intraſſet, effugium aliquod non quæreret. Vis vero oſtendam non eſſe hoc:

Catul. ——*Seclum inſipiens & inficetum.*

Nemo putat ſtellas cadere, nemo ſolem in mari mergi, quæ fuit ſcabitudo animi antiquorum, quam ætas & experientia deleuit, quod ſi aliqua cicatrix manſit in nobis, forte illa eſſe poteſt pro munere. Aliquando ergo, aliquando te, ô vetuſtas, ſi non totam, ſaltem ex parte vincemus, egoque memetipſum interrogaui, an id poſſem, nam nihil


in Mercurialibus audendo nolui meipſum proſcribere, viſus etenim mihi ſecundum quietem otij Mercurius dicere, quid ſtertis, neſcis aliquos quod nihil peccant peccare, ſcito clariores eſſe pleroſque ex caſu & ruina Atque heroas magis commendari ex audacia, quàm genitura. Vide vires ſemper habuiſſe qui conatum habuere, egoque ſi vis audere tabulas ſocietatis ſigno, quibus hæc erit formula: *Ego Mercurius Dijs hominibuſque notiſſimus, cum Marte reus, apud Areopagum eſſe volo, talaria virgamque mihi eripi patior, niſi præſto ſum tibi nouam diſciplinam aperienti, eamque vindico vt meam, vt tuam, & omni genere artium defendendam cano.* In quæ ego verba Magiſtri noſtri nolui dubius iurare, ne fidem tam noti numinis violarem, & viſum eſt facile aliquid agere cum numine, imo omnia, vt dicebat Vlyxes in Aiace Sophoclis:

Γένοιτο μὲν τ' αὐτοῦ θεοῦ τεχνωμένου. i.

Fieri ſcilicet nihil non queat Deo machinante. Nam ſi in theatro fabulæ hiatum replet aliqua numinis introductio, quid fiet vbi Deus ipſe actor eſt? Verum etſi ſocius drama meum imples Mercuri, inuenies tamen ſemper actorem religioſum qui te adorabit, & poſcet vt inter agendum homini non inuideas Dei ſuppetias, ſis dux ac magiſter ſermonis mei, nam ſcio quod nihil eſt commodius quàm ſemper cum Mercurio loqui. Quod ſi feceris, quid contra me Zoili, quid Momi poterunt? Timebunt, opinor, mor-


tales omnes virgam tuam, ne si in me peccarint, non ducantur per illam ad campos Elysios, Dij vero ne furta tua sentiant. Intelligis me Mercurio vsum in hac præfatione, lector beneuole, qui tibi furatus est aliquid temporis vt vides.





Pedes diuinitatis notam habent.

Caput II.



A Mercurio principium ſermonis de pede, quia illi pedes ſacri. Fulgentius lib. 3. mythol. cap. de Peleo & Thetide: *Omnes etiam Deos* (inquit) *Iupiter ad nuptias dicitur conuocaſſe illa de cauſſa, quod putarent pagani ſingulas partes in homine deos ſingulos obtinere, vt Iouem caput, Mineruam oculos, Iunonem brachia, pectus Neptunum, cinctum Martem, renes & inguina Venerem, pedes Mercurium.* Pedes dico diuinitatis notam, ita dicitur in Ænigmate illo Homeri quod plures derelinquunt.

Ἴχνια γὰρ μετόπισθεν ποδῶν ἠδὲ κνημάων
Ῥεῖ᾽ ἔγνων ἀπιόντος ἀρίγνωτοί τε θεοί περ. i.
Namque pedum crurumque ſimul veſtigia pone,
Perfacile agnoui remeante auraſque ſecante,
Dij quoque cognoſci poſſunt certoque notari.

Quod Calaſiris per ſcientiam Ægyptiorum exponit apud Heliodorum dicens deos aut à pedibus, aut ab oculis noſci. Ἀτενὲς διόλου βλέποντες, καὶ τὸ βλέφαρον οὔποτε ἐπιμύοντε. καὶ τῷ βαδίσματι πλέον οὐ κατὰ διάστασιν τοῖν ποδοῖν οὐδὲ μετάθεσιν ἀνυομένῳ ἀλλὰ κατά τινα ῥύμην ἀέριον, καὶ

ἐρμλὼ ἀπαρασπέδισον πημνόντων μᾶλλον τὸ πεῖκχον, ἢ διαπορευομένων. i. *Cùm continuo obtutu intueantur, & palpebras nunquam concludant, & magis etiam ex incessu qui non ex dimotione pedum, neque transpositione existit, sed ex quodam impetu aerio & vt expedita findentium magis auras quàm transeuntium.* Additque deos Ægyptiorum pedibus iunctis pingi. Huc spectat quod legimus apud Plutarchum lib. de Iside & Osiride, Iouem pedibus inter se coniunctis cum ire non posset ob pudorem, in solitudine vixisse, Isidem dissectis & diductis ijs membris Ioui gressum expediuisse.

Vniuersitas quidem Deorum hanc notam habet à pedibus, sed particulas persequi oportet. Homerus laudat Heben à talis, nam loquens de Hercule hæc dicit:

Τέρπεται ἐν θαλίης καὶ ἔχει καλλίσφυρον ἥβην. i. *Oblectatur in conuiuijs, & habet pulchrum talorum Heben.*

Eodem numine calens Hesiodus in Thegonia meminit, ἥβης χρυσοπεδίλου. Et iustitia ipsa dicta est ἴχναια, à vestigijs, κατ' ἴχνας, per quæ Iupiter ipsam deprehendit. Huius meminit Strabo & Lycophron in Alexandra.

Iidem Poetæ laudauere Thetidem, quod candidos pedes habeat. Hesiodo: *In Theog.*

Θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα.

Dea Thetis candidos pedes habens.

Iliad. α. Homero:

Ἀργυρόπεζα Θέτις θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος. i.

Argenteos pedes habens Thetis filia marini senis.

Pindaroque etiam:

Ἀργυ-

Ἀργυρόπεζα Ἀφροδίτη.

Rursus Homero hymno in Apollinem,

——ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις. i.

Ventipes velox Iris.

Hesiodoque

----Θαυμάντος θυγάτηρ πόδας ὠκέα Ἶρις. i.

Thaumantis filia pedibus velox Iris.

Homero Vulcanus. Κυλλοποδίων claudus. *Il. Σ.*

——εικνός πόδας. i. *Hymn. in Ap.*

Mutilus pedibus,

Hesiodoque

——περικλυτὸς ἀμφιγύνεις. *In theog:*

Celebris vtroque pede claudicans.

——ἀγακλυτὸς ἀμφιγύνεις. i.

Inclytus claudicans.

Quinimo ferme omnes dij insignia in pedibus gerunt. Preces filiæ Dei amant Claudæ dici, apud Cæcum Poëtam.

Καὶ γάρ τε λιταί εἰσι διὸς κοῦραι μεγάλοιο χωλαί. i. *Il.*

Namque litæ soboles Magni Iouis & pede claudo.

Placuitque aliquādo Diuitiarum deo Claudicare, vt in Timone deprehendit Mercurius. Ερ. πρείομεν ὦ πλοῦτε. τί τοῦτο; ὑποσκάζεις, ἐλελήθεις με, ὦ γεννάδα, οὐ τυφλὸς μόνον ἀλλὰ καὶ χωλὸς ὤν. i. Mer. eamus Plute: quid hoc? num Claudicas, equidem ignorabam, ô præclare, te non Cæcum modo, verùm etiam Claudum esse. Dixere præterea Poëtæ de morte totam vim eius esse in pede: Horat. *Lucian. in Timone,*

Pallida mors æquo pulsat pede

Pauperum tabernas regumque turres.

Et pede videtur occidere aut occisos te-

nere,

Namque mei (Aiebat Catul.) *nuper lethæo gurgite fratris.*
Pallidulum manans alluit vnda pedem.

Memoratur & Iouis etiam Claudicatio, si non perpetua, saltem aliquanto tempore: nam Nonnus reddens rationem cur Bacchus dicatur Νύσιος, dicit id fieri, quod Νύσος lingua Syracusanorum Claudum significet, quia Iupiter Bacchum in fœmore insutum gestans Claudicarit, versus sunt,

L.9. Dionys.

Κικλήσκων διόνυσον ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων
Ἤιε χωλαίνων κεϱνίδης βεβειϱότι μηρῷ.
Νύσος ὅτι γλώσσῃ συϱακοσίδι χωλὸς ἀκούει.

Soph. Aia. Sic leges apud alios τανύποδας ἐϱιννεῖς, *i.* protensis pedibus furias. Sic apud alium dicitur ἐϱιννὺς χαλκόπυς ferripes Erinnys. Atque Aristides oratione de puteo Aesculapij dicit salutarem illam aquam è pedibus saluatoris illius Dei scaturire, nam ibi dicitur τὸ δὲ ὕδωϱ ἀπὸ τε τοῦ ἱεϱοῦ καὶ τῶν ποδῶν τοῦ σωτῆϱος ὁϱμώμενον. *i.* aqua illa à templo & seruatoris pedibus proficisci. Cæterum communis hæc esto deorum omnium nota sumpta à pedibus. Volunt nosci dij omnes à vestigio, & gressu suo; nam quoties pedem humi figunt terra gemit sub pōdere: Hinc illud in Theogonia.

in Electra.

Ποσσὶ δ᾽ ὑπ᾽ ἀθανάτοισι μέγας πελεμίζετ᾽ ὄλυμπος,
Οϱνυμένοιο ἄνακτος, ἐπεστενάχιζε δὲ γαῖα. *i.*

Pedibus verò sub immortalibus magnus contremuit olympus.
Excitato rege ingemiscebat autem tellus.

Et quando Pallas in Diomedis Currum ascendit.

—*μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων* *Il. ε.*
βριθοσύνῃ, δεινὴν γὰρ ἄγεν θεὸν
ἄνδρα τ' ἄριστον. ἰ.
Valde autem gemuit fagineus axis
Pondere, grauem enim vehebat deum virumque
fortißimum.

Quando Aesculapius.

Corpus in Ausoniâ posuit rate, numinis illa
Sensit onus, pressaque Dei grauitate carina, *Ou. met. 15.*

Nempe verum est quod dixit Satyricus,

Sentit terra deos,

Athlas sentit. *Petron.*

—*superisque grauatum,*
Pelion,

Admonent ergo nos satis ea quæ dixi totam diuinitatem plus esse in pedibus quàm in Capite aut Corde, Cùm aliquis Deus sit qui Nec *Cor, nec Caput habet.* *Senec. in ludo de Deo Stoicorum.*



Pedis cognitio necessaria, verum Γνῶθι σεαυτὸν, *& præcipua hominis scientia & disciplina.*

CAPVT III.



T ad arandum bouem, ad indagandum canem, ita maxime ad contemplandum hominem natum sapienter dixerunt. Ad quid verò contemplandum non dixerunt; Aliqui numeros, alii atomos, alii menseitates, & Cyathitates, alii regionem lucernarum quæ est in cœlo lunæ, sed nemo vidit quod ante pedes erat, vt verè de illis dixerim.

Cic. 2. de diuin. Quod est ante pedes nemo videt, cœli scrutantur plagas; ideoque euanuerunt in cogitationibus suis.

Virg. in Aethna.

Nam quæ mortali spes est, quæ amentia maior
In Iouis errantem regno perquirere velle
Tantum opus, ante pedes transire & perdere segnes

L. 1. fab. de Perseo. Ego reperi. Pegasus, vt loquitur Fulgentius, *Musis fontem vngula sua rupisse fertur*, quod & *L. 3 el. 3.* Propertius adfirmat de se loquens.

Visus eram molli recubans Heliconis in vmbra
Bellerophontei qua fluit humor equi.

Nec vllus doctus, nisi qui

Pendentis bibit vngulæ liquorem. Stat. 2. Sylu. genet. Lucani.

Vides primas disciplinas ab illo pede Pegasi ortas, Grammaticam, Rhetoricam, Logicam, Musicam, Arithmeticam, Astrologiam, Geometriam. Sed dubitabis forte de philosophia, nisi noua exempla sint? verùm etsi dubitares, sufficeret dixisse meliorem sectam è pedibus nomen habuisse, & dictam peripateticam, seu deambulatoriam, ἡ δὲ περιπατητικὴ διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ κατάρξαι αὐτῆς Ἀριστοτέλην, *i. peripatetica* (scilicet secta) *dicta est quod initium sumpserit ab Aristotele docente in xysto seu horto ambulationi accommodato.* Illustria in vitis phil. Est enim id obuium & expositum. Sed vota adhuc vestra magis implebo. Olim tota humana solertia, tota humana Prudentia, nonne versata est circa cognitionem pedis, duorum, inquam, trium & quatuor pedum, vt sciretur quod animal primum esset quadrupes, post bipes, tertio tripes tale enim proponebatur ænigma Thebanis, vt dicit Asclepiades.

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τετράπον οὗ μία φωνή.

Καὶ τρίπον.

Et Ausonius.

Thalamos per trinâ ænigmata quærens,
Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes, omnia solus.

Ac ne putes inanem fuisse quæstionem quando contingit mihi mentionem eius rei facere, sensum eius aperiam. Dico Sphin-



Pedis cognitio necessaria, verum Γνῶθι σεαυτὸν, & præcipua hominis scientia & disciplina.

CAPVT III.



VT ad arandum bouem, ad indagandum canem, ita maxime ad contemplandum hominem natum sapienter dixerunt. Ad quid verò contemplandum non dixerunt; Aliqui numeros, alii atomos, alii menseitates, & Cyathitates, alii regionem lucernarum quæ est in cœlo lunæ, sed nemo vidit quod ante pedes erat, vt verè de illis dixerim.

Cic. 2. de diuin. Quod est ante pedes nemo videt, cœli scrutantur plagas; ideoque euanuerunt in cogitationibus suis.

Virg. in Aethna.

Nam quæ mortali spes est, quæ amentia maior
In Iouis errantem regno perquirere velle
Tantum opus, ante pedes transire & perdere segnes

L.1. fab. de Perseo. Ego reperi. Pegasus, vt loquitur Fulgentius, *Musis fontem vngula sua rupisse fertur*, quod & *L.3 el. 3.* Propertius adfirmat de se loquens.

Visus eram molli recubans Heliconis in vmbra
Bellerophontei qua fluit humor equi.

Nec vllus doctus, nisi qui

Pendentis bibit vngulæ liquorem. Stat. 2. Sylu. genet. Lucani.

Vides primas disciplinas ab illo pede Pegasi ortas, Grammaticam, Rhetoricam, Logicam, Musicam, Arithmeticam, Astrologiam, Geometriam. Sed dubitabis forte de philosophia, nisi noua exempla sint? verùm etsi dubitares, sufficeret dixisse meliorem sectam è pedibus nomen habuisse, & dictam peripateticam, seu deambulatoriam, *ἡ δὲ περιπατητικὴ διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ κατάρξαι αὐτῆς ἀριστοτέλην*, *i. peripatetica* (scilicet secta) *dicta est quod initium sumpserit ab Aristotele docente in xysto seu horto ambulationi accommodato.* Illustria in vitis phil. Est enim id obuium & expositum. Sed vota adhuc vestra magis implebo. Olim tota humana solertia, tota humana Prudentia, nonne versata est circa cognitionem pedis, duorum, inquam, trium & quatuor pedum, vt sciretur quod animal primum esset quadrupes, post bipes, tertio tripes tale enim proponebatur ænigma Thebanis, vt dicit Asclepiades.

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τετράπον οὗ μία φωνή.

Καὶ τρίπον.

Et Ausonius.

Thalamos per trinà ænigmata quærens,
Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes, omnia solus.

Ac ne putes inanem fuisse quæstionem quando contingit mihi mentionem eius rei facere, sensum eius aperiam. Dico Sphin-

gem hoc ænigmate perueniſſe ad ſummam ſapientiæ, quæ Delphis ſic ſcripta fuit, Γνῶθι σεαυτόν. *i. Noſce teipſum.* Nam homines monebantur vt ſe noſcerent in infantia quadrupedes, in media ætate bipedes, & in ſenecta tripedes: non eſt hæc fabulæ per fabulam explicatio, neque nouum capitis mei

Orat. 11. Commentum, nam apud Dionem Chryſoſthomum, Diogenes negat Oedipodem ſoluiſſe ænigma Sphingis, quod neſciuerit quid eſſet homo. Καὶ ὁ Διογένης (inquit) γελάσας, μὴ γὰρ ἔφη ἐκεῖνος ἔλυσε τὸ αἴνιγμα: οὐκ ἀκηκοὼς ὅτι ἄνθρωπον αὐτόν ἐκέλευσε γνῶναι ἡ Σφίγξ. ὁ δὲ ἄνθρωπον μὲν ὅ ἐστιν οὔτε εἶπεν οὔτ᾽ ἔγνω. *i. Et Diogenes ridens, nequaquam ille inquit ſoluit ænigma. Non audiuiſti quod ſphinx iuſſerit eum hominem cognoſcere? Ille verò quid eſſet homo neque dixit, neque ſciuit.* Iam ergo ſi taceo non faciam iniuriam, nam ſatis probatum eſt quod initio propoſueram; pedis diſciplinam eſſe omnem diſciplinam.



Pes totus homo est, caput, cor, veraque essentia hominis.

Capvt IV.



Cvm homo sit diuinæ auræ particula, & diuini sint pedes deorum, merito dicam hominem esse Dei pedem, nam totus homo mihi pes videtur.

Pes essentia seu natura hominis est, nam vt non redditur essentiæ ratio, ita neque pedis, sed homini Plotinus dicit pedes esse tales quod homo sit talis, διατὶ πόδες εἰς μῆκος, ὅτι καὶ τόδε τοιόνδε. *Cur pedes in longum protenduntur, quia & hoc est tale.* Dicitque postea, καὶ διατὶ τόδε, ὅτι τοῦτο ἐστὶ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι, ὥστε ἓν καὶ τὸ αὐτο τὸ εἶναι καὶ τὸ αἴτιον. *i. & cur id quia hoc ipsum est esse homini, quare, vnum idemque est esse simul & causa.* Vnde vides manifestissime dici pedem esse hominis naturam, ideoque à pede sumpsit plantæ nomen non ab arboribus. Ideoque cum dicis pedem esse, te præsentem dicis, beneque Theodoritus exponens hæc verba, & benedixit Dominus ante pedes meos, πόδα γὰρ (inquit) τὴν παρουσίαν

En. 6.l. 8

ἐκάλεσεν. *i. pedem enim præsentiam vocauit, & Iurisconsulti possessionem dicunt pedis positionem.* Ideo denique pes ipsa vita est, nam quod Homerus dixit Achillem talo pedeque mortuum, intelligo, quia primum pede morimur, vnde alterum pedem in Cymba charontis habere breui morituros dicimus, vt senex ille dicitur, τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ
Luc. in herm. ἔχων. *i. alterum pedem loculo insertum habens.*

Pes deinde aut caput est; aut caput hominis habet; quia iugulum habet; nam genua quasi iugulum pedum, & quasi iugulas pe-
L. 11. c. 45. dem cùm genua secas: sic vocat Plin. *In ipsa inquit genu vtriusque commissura, dextra læuaque à priore parte gemina quædam buccarum inanitas est, qua perfossa ceu iugulo spiritus fugit.* Ideoque etiam visum simul affici simul torpere pedem & caput. Nicephorus scholiis in Synesium. Ἐθεασάμην κἀγώ ποτε τινὰ παῖδα τοξευθέντα τὸ νεῦρον τοῦ αὐχένος, ᾧ καὶ συνέβη, ἐντεῦθεν κρατηθῆναι νάρκῃ τινὶ θάτερον τῶν ποδῶν, καὶ διαμεῖναι τοῦ λοιποῦ τὸ πάθος ἀνίατον, ὥστε καὶ τοῦ ἑτέρου ποδὸς συναυξανομένου τῇ ἡλικίᾳ ἔμεινεν, οὗτος ἐφ᾽ ἧς ἔτυχε τότε λεπτότητος; καὶ ἐφ᾽ οὗ ἔτυχε τότε μήκοις, ἀπηωρημένος ἀργὸς καὶ ἀνόητος, καὶ ὥσπερ τις ἄψυχος φόρτος, ἀπειρίαν συνῆ ἐμποιεῖ τοῖς μὴ τὰς αἰτίας καὶ τοῖς λόγοις εἰδόσι πῶς ἡ χεὶρ ἐγγυτέρα οὖσα ἀναίσθητος τοῦ πάθους ἔμεινεν ὁ δὲ πους πόῤῥω κείμενος συμπέπονθεν. *i. Vidi egomet aliquando puerum quendam, quod cùm ei sagitta neruum ceruicis perculsisset, accidit inde pedem alterum torpore corripi, & permanere reliquo tempore morbum insanabilem, & cùm pes alter ætatis progressu cresceret, hic alter in*

ea

ta tenuitate & breuitate quam tunc habebas consi-sterer, suspensus, iners, & otiosus, tanquam sine anima pondus. Itaque dubitatione afficiebat eos, qui nec causas, nec rationes intelligebant, quomodo manus propior existens sine sensu doloris mansisset, pes vero longè positus affectus esset.

Quia oculos habent, nam vt oculis & nictu signum damus, ita & pedibus,

Nec illac vlli suo pede pedem homini premat.

Inquit Plaut. & Ouidius in arte amoris monet. *Asinaria.*

Velle latus digitis, & pede tange pedem.

Atque vt oculi primi moriuntur, ita & pedes. Nam libro quarto de Cyri minoris expeditione, leges mortem oculorum simul & pedum in frigore, atque vt oculi luce indigent, ita & pedes. *Xenoph.*

Ante pedes cæcis lucebat semita nobis. Prop. l. 2. el. 14.

Quia aures habent, supplex aliquando fuit Dionysio pro amico Aristippus, vsque adeo, vt ad pedes eius aduolueretur, quod factum cùm reprehenderet quispiam. Οὐκ ἐγὼ (φησὶν) αἴτιος, ἀλλὰ Διονύσιος, ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰς ἀκοὰς ἔχων. *i. Non ego inquit, in causa sum, sed Dionysius, qui aures habet in pedibus.* *Diog. Laert. in Aristip.*

Quia faciem habent, nam vt homini longa facies, imo quia oblonga, pes oblongus, Plotinus id dixerat, *διατί πόδες εἰς μῆκος; i. Cur pedes in longitudinem protenduntur?* Statim respondet, *ὅτι πρόσωπον τοιόνδε. i. quoniam talis est facies.* Neque solum in hoc similes faciei pedes, sed & in alio quod Isidorus refert, nimi-

rum quod genua in vtero ſocietatem cum genis habeant. Genua ſunt (inquit) commiſſiones femorum & crurum, & dicta genua eo quòd in vtero ſint genis oppoſita: cohærent enim ſibi ibi, & cognata ſunt oculis lachrymarum indicibus & miſericordiæ: nam à genis genua dicuntur, denique complicatum gigni formarique hominem dicunt, ita vt genua ſurſum ſint quibus oculi formantur, vt caui & recõditi fiant. Ennius:

Atque genua comprimit arta gena.

Inde eſt quod homines dum ad genua ſe proſternunt ſtatim lachrymantur: voluit enim eos natura vterum maternum rememorari, vbi quaſi in tenebris conſedebant antequam ad lucem peruenirent. Quod cùm intelligerent Philoſophi, & notam haberent illam affinitatem pedum & vultus, propter illam rationem, vt omnes homines nuda facie ſumus, illi vt magis homines eſſent, nudis pedibus iuêre. Quemadmodum Socrates qui apud Xenophontem, *ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων*, i. *ſine calceis, & ſine veſte*, & Oppianus vult venatorem eſſe tam nudo pede quàm facie.

Xen. de dict. & fact. Socr.

Op. l. 1. de venat.

γυμνοῖσι δὲ ποσὶν ὁδεύειν
Κείνοις τοῖσιν ἴχνη μέλεται δυσδερκέα θηρῶν. i.

Nudis verò pedibus incedant
Illi quibus veſtigia curæ ſunt obſcura ferarum.

Immo lex fuit priſco tempore Spartanis à Lycurgo lata, vt Xenophon dixit ante Plutarchum, & in hoc cenſoria maxime

virtus Catonis apparuit quod diſcalceatus in publicum procederet. Clemens tamen Alexandrinus tacuit hunc meum ſenſum, & dixit veteres diſcalceatos fuiſſe, ne in vinculis eſſe viderentur, καὶ γὰρ (inquit) πως ἐγγύς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι. Quaſi vincti ſint quibus pedes per calceos vincti.

Rurſus pes caput hominis eſt, quia linguã habet, vt id intelligas interroga illum qui dixit pedes Rhetoricam agere & declamare. Quintilianus, diſcurſare verò & quid Domitius affert de ſura Manilio dixit, ſatagere ineptiſſimum: vrbaneque Flauius Virginius interrogauit de quodam ſuo Antiſophiſta quot millia paſſuum declamaſſet. Cuius linguæ pedum linguam calceorum emblema putato, nam & ſuam linguam habent pedes in calceis, vt refert Athenæus. *L. 11.* *Lib. 15.*

Καὶ τοι φορεῖτε (inquit) γλῶσσαν ἐν ὑποδήμασι. Quaſi diceret, ita eſtis loquaculæ & linguaculæ, vt etiam in calceis linguam geſtetis: Ideoque pes in iudiciis capitis & linguæ vice fungitur, nam audies apud Aulum Gellium.

Caput ſine lingua, pedaria ſententia eſt.

Et eſt decantatiſſima illa vox, pedibus in ſententiam ire, imo magis in pede quàm in manu faba ſuffragiorum, vt ſignificauit Tullius, pedem (inquit) in illo iudicio nemo ſupploſit. Atque ſi attentè pedem intueris, videbis illum ſolum ſuffragari. *1. de Orat.*

Pedes etiam cor habent, aut ſunt ipſum cor. Nam vt de pedibus dicis ſalire, Horat.

l. 1. ep. 14. *Nec meretrix tibicina cuius ad strepitum salias terræ grauis*, & Homer. Ody. θ.

----ἀμφὶ δὲ κοῦροι,
Πρωθῆβαι ἵσταντο δαήμονες ὀρχηθμοῖο
Πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν. i.
Iam puberes,
Saltationis periti iuuenes saltabant,
Et quatiebant pedibus diuinum solum.

Sic de corde legas apud Satyricum.

Pers. Sat. 3. *———visa est si forte pecunia, siue*
Candida vicini subrisit molle puella,
Cor tibi rite salit?

Et vt de corde dicis in eo sedem esse lætitiæ, aliquid admirandum leges de pedis lætitia, apud Paulum Diaconum, vbi agit de Titi Vespasiani sura, cùm ei nunciatum esset patrem Vespasianum Imperatorem esse factum. *Itaque* (inquit) *cùm nunciatum ei à Roma fuisset quod pater eius Imperio potiretur, ex hilaritate nimia sura eius dextra crementum carnis accepit, ita vt calciamentum non reciperet.* Vides ergo hîc quasi dilatatum cor præ gaudio in illo pedis augmento: nec mirum, namque vt cor iuxta pulmones habitat, pedes etiam sunt pulmonei,

[margin: &. 9.]

Epidico. *———pedibus pulmoneis*
qui perhibetur.
(inquit Plautus.)

Denique pes altera manus est: nam magna est similitudo pedis & brachij, quia ad lacertum, siue βραχίονα, vt notant medici, femur siue ὦμος quadrat, ad cubitum crus

siue κνήμη, ad calcem, siue ταρσὸν, manus siue χεὶρ ἄκρα. Et quemadmodum veteres amoris, & beneuolentiæ significatione manuum illam partem quæ καρπὸς dicitur, prehendebant, vt testis est ipse Homerus dicens.

——ἐπὶ καρπῷ χεῖρα γέροντος *Il. α.*

Ἔλλαβε δεξιτερὴν μή πως δείσειεν ἐνὶ θυμῷ.

Ita genua supplices attingebant, & ad ea manus tendebant: eodem Homero teste, qui dicit.

——λαβὼν ἐλλίσσετο γούνων, *Il. ι.*

Nec illo vnico, nam dixit Claudianus: *De rapt pros.*

——genibusque suas cum supplice fletu
Admouere manus.

Et Plinius. *Hominis genibus quædam & religio inest, obseruatione gentium hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt.* Et quemadmodum miseris manum porrigere monemur à Palinuro clamante. *L.11.c.45.*

da dextram misero.

Vt iuuemus illos, & solatium in malis adferamus: ita apes quasi sentiant pedes manus esse, in luctu & funere aliarum apum in signum doloris pedes connectunt, quasi manum sibi mutuo porrigentes, & se consolantes. *Virg.6. Æn.*

——tum corpora luce carentum.
Exportant tectis, & tristia funera ducunt: *Virg. 4. Geor.*
Aut illa pedibus connexa ad limina pendent,
Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes.

Quinetiam, vt dixit Seruius ibidem. *Multi dictas apes volunt quod se pedibus inuicem tenent.* Et quod maius est, nonne apes in pedibus

tanquam in manibus lapidem gerunt flante vento, ne longius abripiantur à fauis, vt docet Dio Chryfoftomus. Sed dic, quando manus defunt, quæ pars hominis præftat illarum officium præter pedes ? nam dixit Dio Indorum legatos Augufto pro munere dediffe puerum, qui cùm manibus careret, omnia illarum officia pedibus peragebat, cuius ecce verba. Καὶ τι καὶ μειράκιον οἱ ἄνευ ὤμων (οἵους τοὺς Ἑρμᾶς ὁρῶμεν) ἔδωκαν, καὶ μέντοι τοιοῦτον ὂν ἐκεῖνο ἐς πάντα τοῖς ποσὶν, ἅτε καὶ χερσὶν ἐχρῆτο. τόξον τε αὐτοῖς ἐπέτεινε καὶ βέλη ἠφίει, καὶ ἐσάλπιζεν οὐκ οἶδ' ὅπως. i. *ac adolefcentem etiam quendam humeris carentem (vti Mercurij fingi folent) qui manuum loco pedibus omnia officia peragebat, ijs arcum tendebat, fagittas emittebat, tuba canebat.* Tandem verò tam manus quàm pedes Martis funt, nam vt

L. 54. tom. hiftor.

In manibus Mars ipfe viris.

Sic idem.

——Mauors
Ventofa in lingua eft pedibufque.



Pes tota hominis anima est.

CAPVT V.



SSEQVVTI iam sumus pedes esse totum hominis corpus: nunc libenter suscipio hunc laborem, vt ab omnibus impetrem talem consensum, pedem totam animam esse. Sed ecce primum vt ad arcessendam mentem & cogitationem alicuius rei, oculos aut rem ipsam aliò mittimus, ita ille qui voluit inferorum obliuisci,

—— Orcum

Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari.

Quasi ibi diceret Virgilius, Philosophiæ cognitione tolli inferos, quòd vt diceret dixit tantum:

subiecit pedibus.

Neque dubium est pedes intelligere cum iudicent, nec dubium iudicare & suffragia dare cum suffragines habeant, quæ omnia dicta sunt supra.

Pedes præterea voluntate vtuntur, vti illos videas inuitos apud Poëtas, cùm canunt,

—— & inuitis ipse redit pedibus. Prop. l. 2. el. 25.

Pedes quemadmodum anima dubitant.

Ou. 6. fast. *——dubij stantque labantque pedes.*

Pedes incerti sunt.

ferebar incerto pede.

Horat. od. 2. Epod. Pedes irascuntur, *Complosæ sæpius manus & pulsata humus pedibus,* (inquit de Irascentibus Seneca.) Et Propertius de Ira, sic ait, | C. 1. l. 1. de ira.

Nescit vestra ruens ira referre pedem.

Pedes sensa mentis nostrę cognoscunt, nam non credo pedem Pegasi Bellerophontem eiecisse de limine cœli, nisi quia illum ambitiosum & gloriæ cupidum cognoscebat.

Isthm. od. 8. ——πτερόεις (inquit Pindarus.)

ἔῤῥιψε πήγασος,
δεσπόταν ἐθέλοντ᾽ ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς
ἐλθεῖν μεθ᾽ ὁμάγυριν βελλεροφόνταν,
Ζηνός. i.

alatus
Pegasus excußit
Dominum Bellerophontem volentem ad cœli stationes
venire, ad consilium Iouis.

Pedes solliciti sunt, & curas notant, nam vt habet Suidas in somnio quod explicat.

πόδας καθαίρειν φροντίδων δηλοῖ λύσιν,
πόδας πλατεῖς ἔχειν σημαίνει λύπας. i.
Pedes purgare curarum significat solutionem,
Pedes latos habere significat molestias,

Pedes oracula reddunt, & nisi Apollo tripus fiat, nihil vaticinatur, nihil vetat.

Pedes prudentes sunt, nam quæ cautè & prudenter fiunt, ea pedetentim facienda,

vt

vt loquitur Cicero, qui in negotio pleno aleæ dixit, *ſin minùs ſenſim erit pedetentimque faciendum.* Cic. 1. Off.

Pedes magnanimi ſunt fortes & bellicoſi, nam primi in acie pugnant.

——— τυς ἐμπαλλαχθεὶς πόδὶ
αὐὴς δ' ἐπ' ἀνδρὶ σὰς καρτερεῖ μάχῃ.

Inquit Euripides. Quod alius vates dixit:

——*hæret pede pes, denſuſque viro vir.*

Pedes peccant & errant, ſeu aberrant à iuſtitia, nam Clemens Alexandrinus ad gentes dixit, σκάζοντας τῶ πόδε ἢ πλανωμένοις εἰς δικαιοσύνην χειραγωγῆσαι. i. *Eos qui pedibus claudicant vel errant ad iuſtitiam deducere*; Ideoque Feſto vterque pollex qui pedi & manui conuenit, dicitur Allux, vnde natum eſt allucinari. Feſtus.

Pedes ſocietatem ineunt, nam cæci & claudi memoratur mira ſocietas, de qua ex Græco Auſonius.

Inſidens cæco graditur pede Claudus vtroque
Quo caret alteruter, ſumit ab alterutro,
Cæcus namque pedes Claudo greſſumque miniſtrat,
At Claudus cæco lumina pro pedibus.


Pedes cogitant & ratiocinantur, vnde Euthymius pedes pro cogitationibus ſumit, Pſalmo 72. *Per pedes* (inquit) *cogitationes intelligit, veluti quæ animæ noſtræ religionem, pedum inſtar regunt & ſuſtinent.* Pedes reminiſcuntur. Nam Gregorius in illud, *Calciamenta habebitis in pedibus: Calciamenta* (inquit) *in pedibus habere eſt mortuorum vitam conſpicere, & noſtra veſtigia à peccati vulnere cuſtodire.*

Pedes denique ſunt capaces vitæ æternæ, & amoris Dei : ideoque Chriſtus maxime curam pedis commendat fidelibus, vt qui ſtat videat ne cadat, qui ambulat in via recta ambulet : ſic enim vult nos ſibi nubere cùm iubet eſſe de pede ſollicitos, nam in pede, non minus quàm in digito, fides iugalis annuli, inde illa Venus cum compedibus apud Pauſaniam, qui dicit, πεδῆσαι δ' οἱ Τυνδάρεων τὰς πέδας φασὶν ἀφομοιοῦντα τοῖς δεσμοῖς, τὸ ἐς τοὺς συνοικοῦντας τῶν γυναικῶν βέβαιον, i. *addidiſſe aiunt Tyndareum compedes, quo innueret vinculorum ſimilitudine quàm firma eſſe fide erga viros ſuos feminas eſſe oporteret.* Indeque etiam cùm pedes referantur ad amorem, ij quibus diſtorti pedes non poſſunt eſſe amici Chriſti, quia vt eſt in Pſal. 17. *Filii alieni inueterauerunt & claudicauerunt à ſemitis ſuis.* Qua de cauſſa D. Proſper per claudicationem Iacob, reprobationem Hebræorum intellexit. *Claudicatio* (inquit) *iſta quæ ex femore eius facta eſt populum ipſum Hebræum ſignificat claudicantem.* Nec dæmoni alia cura eſt quàm vt pedem lædat; ſcitis enim dæmonem ſerpentem dici? quia ſerpentes maxime illam partem inuadunt : quare timeamus hunc anguem calcare etiam inter flores, aut bene calceati fide & operibus incedamus. D. enim Cyprianus Paulum ſic explicat cùm dicit nos calceatos eſſe debere in præparationem Euangelij. *Vt* (inquit) *ſerpens à nobis calcatus obteratur, neue armatos pedes poſſit mordere: vt enim dæmon laceſſit pedes noſtros, ita nos illum*

Laconicis.

L. de promiſſ. & prædict. Dei parte 1. c. 24.

pede vrgemus, in quo vires & arma gerimus super aspidem & basiliscum ambulantes, leonem & draconem conculcantes.



Pedem esse rem sacram.

CAPVT VI.



ÆPE incipio, quia sæpe desino, nam singulis capitibus singulæ velut res cõtinentur. Hoc capite contendo pedes esse quid sacrum, atque inueni patrocinium: Corippus enim hoc dixit.

Lectaque pro sacris tactu mollissima plantis Augustis. *Lib. 2.*

Ideoque qui Flaminis pedes tangebat, tanquam aram teneret, tutus erat à supplicio, Seruius, *Iure*, (inquit) *Pontificali si quis Flamini pedes vel genua fuisset amplexus, verberari non licebat.* *in 3. Aen.* Ideo etiam cautum, vt locis sacris pedes primi deum colerent, vt Moyses calciamentum iussus soluere in terra sancta, & scribit Iosephus Berenicem Regis Agrippæ sororem cùm Ierosolymam profecta esset voti gratia rem sacram facientem nudipedem ante Flori præsidis tribunal stetisse, Si-

C. 81. *in Chronica Sclauor.* mileque omnino leges apud Helmoldum Presbyterum de Friderico I. Ænobarbo, qui *Ingressus tabernaculum discalciatus pedes adorauit corpus viuifico ligno crucis.* Omne id sanctos esse pedes ostendit, quod primi deum sanctum colant. Si tamẽ maiorem aduocationem adhibere vis, cogita pedum oscula, quæ primum amor reperit, non tyranni, vt aliqui maleuoli volunt, nisi amor tyrannus est, nam etiam durus amor, vt tyranni sunt duri,

Virg. 6. Aen. *Hic quos durus amor crudelitate peredit,*
Atque vt tyranni sic,

Prop. *Nonnihil aspersis gaudet amor lachrymis:*
Ego enim semper oscula
——*didici primas esse in amore notas.*

2. de arte am. Sicque dictum à Magistro amoris:
Nec maledicta puta, nec verbera ferre puellæ,
Turpe, nec ad teneros oscula ferre pedes.
Sic factum in fœdere amoris.

Prop. el. 9. lib. 4. *Supplicibus palmis tum demum ad fœdera veni,*
Cùm vix tangendos præbuit illa pedes.

Ita vt qui nondum tetigit, aut osculatus est pedes amicæ suæ, magno careat amoris priuilegio, etiam si nihil sit illi relictum in hoc seruitio, quod sensit Ouidius:
Nunc mihi (inquit) *nil superest, nisi te formosa precari,*
Amplectique tuos, si patiare, pedes.

Et cùm amor magnus Deus sit, aut docuerit primus deos propitios, sicut timor docuit, & fecit primus genios noxios, ea oscula quæ prius amoris, post fuerunt honoris &

venerationis inſtrumenta, nam veneratio non fecit prima pedes tangere, ſed poſt amorem: hinc apud illum legitur:

——Cereris tangens aramque pedemque.

Atque humilitatem id putarunt colentis, non ſuperbiam eius qui colebatur; audi illum apud Suetonium, qui *pro maximo munere à Meſſalina petiit, vt ſibi pedes præberet excalceandos.* Volebat nimirum videri humilis. Neque ego tam factum Caligulæ reprehendo, quod, τοῖς γὰρ πλείστοις καὶ τῶν βουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε, i. *Manum ſuam pedemue plurimis iiſque ſenatoribus ad oſculandum præbebat*, vt loquitur Xiphilinus, quàm quod pedem præbens ſenatoribus, os daret ſaltatoribus, vt ibidem legis, aut etiam non tam iraſcor facto quàm animo & cauſæ, id enim faciebat ὁπότε τὶς θεὸς ἐπλάττετο εἶναι, i. *Cùm ſe deum fingeret eſſe*, quam ſuperbiam Caij imitatus Maximinus Iunior, vt dicit Capitolinus; nam ſenior hunc morem oderat, horrore tamen magis Caligulæ quàm oſculi, ideoque dicebat, dij prohibeant, vt quiſquam ingenuorum pedibus meis oſculum figat. Faceſſant ergo qui reprehendunt morem oſculandi pedes ſummi Pontificis, mos hic ab amore, & honore capitis Eccleſiæ. Neſcis Petrum crucifixum habere voluiſſe pedes vbi Chriſtus caput habuit: præuidebat opinor futurum, vt Reges & Imperatores ad pedes eius aduoluerentur, eoſque oſcularentur, quare volnit miro artificio, vt tunc qui id facerent in pedibus Petri Chriſti

Suet. in Vitel. cap. 2.

in Caligula.

Xiphil. in Caligula.

R. de pæn. caput nanciſcerentur, nam ibi Chriſtus eſt etiam, teſte Tertulliano. *Ergo* (inquit) *cùm te ad fratrum genua protendis, Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras.* Duo ergo illi Genij amor honorque Carolum Magnum ad pedes Adriani, Iuſtinianum ad pedes Conſtantini deoſculãdos aduoluerunt. Iidem Genij Imperatricem vxorem Maximi impulerunt, vt *Seuer. Sulp. dial. 2. c. 7.* pedes ſancti Martini fletu rigaret, & crine tergeret. Et Valentinianum, vt eiuſdem ſancti genua amplecteretur, in quo amplexu, aut docuit, aut didicit minorem eſſe ſanctitate Imperii dignitatem, vt docet Epiſcopus Pictauienſis de Valentiniano loquens.

Hinc celer exiliit rapiens ſe Caſar & ardens,
Martini genua amplectens pedibuſque volutans,
Sicque ſuperbum hominem ſe agnoſcere culpa coegit,
Vilia regna probans, & celſa cacumina curuans
Imperiale caput ſancti ad veſtigia ſubdens;

Et credite, principes, non eſt paruo bono illud oſculum: quẽadmodum inter officiales Conſtantinopolitanos is qui erat Dominus quando creabatur ab Imperatore pedes eius oſculabatur: ita quando contingit vos in *Codin.* Eccleſiæ honorem & amorem pedes Petri oſculari, confirmatur credite à Deo dominium veſtrum, & domini terræ conſecramini. Adde quod ſi vera ſunt quæ dixi diuinitatis eſſe ſymbolum, & in homine caput, & animam eſſe, non eſt turpe caput oſculari.



Pedem esse regulam Religionis & Nobilitatis.

Capvt VII.



Ita nostra maxime Religione constat, cui à pede tota regula; ille Deos ostendit, ille sacrificia dictauit. Deos ostẽdit; nam ostẽsus Scythis Deus qui gladius fuit à pede bucculæ, vt Iornandes in Gotthica historia commemorat, *Gladius* (inquit) *Martis inuentus sacer apud Scytharum Reges semper habitus, quem priscus historicus tali refert occasione detectum. Quum pastor, inquiens, quidam gregis vnam bucculam conspiceret claudicantem, nec caussam tanti vulneris inueniret, sollicitus vestigia cruoris insequitur, tandemque venit ad gladium, quem depascens herbas buccula incautè calcauerat, effossumque protinus ad Attilam defert.* Sacrificia dictauit, nam in sacrificiis maximus fuit respectus finitimarum pedi partium; quia rem sacram facientes femora, seu ossa femoris solebant comburere, precati, vt huius vitæ gressus prosperè euenirent, eratque signum infelix si femora non igne lucido conflagrarent, vt Tyresias

notat in Antigona. Itemque ſacerdotum & ſacrificantium veſtes menſurantur ad pe-
L.19.c.21. dem, nam vt dicit Iſidor. *Poderis eſt tunica ſacerdotalis linea, corpori aſtricta vſque ad pedes, vnde & nuncupatur.* Et apud Virgilium apparet;
6. Aen.
—— longa cum veſte ſacerdos.

Imo fuerunt & à pedibus auguria. Feſtus: *Pedeſtria* (inquit) *auſpicia arbitrabantur quæ dabantur à vulpe, lupo, ſerpente, equo, cæteriſque animalibus quadrupedibus.* Et omnia etiam. Sue-
Cap.92. ton. de Auguſto: *Auſpicia* (inquit) *& omina quædam pro certiſſimis obſeruabat, ſi mane ſibi calceos perperam ac ſiniſter pro dextro induceretur.* Quare bene monet Poëta ad ſacra venientem:

Virg.8 Aen. *——tua dexter adi pede ſacra ſecundo.*

Nec minus pés aliarum rerum regula eſt quàm religionis.

L.2. de vitis Sophiſt. Pes etiam habet nobilitatis inſignia, vt dixit Philoſtratus: βραδέας (inquit) ὁ τῆς Ῥηγίλλης ἀδελφὸς εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν ὑπάτοις καὶ τὸ ξύμβολον τῆς εὐγενείας περιηρτημένος τῷ ὑποδήματι. τοῦτο δέ ἐστιν ἐπισφύριον ἐλεφάντινον. i. *Bradeas Regillæ frater celeberrimus inter Conſules & nobilitatis notam appoſitam calceis geſtans, hoc autem ſignum talare eburneum eſt lunulæ inſtar.* Atque audi quæ ſequuntur; nam cùm intuitus illum eſſet Herodes ſophiſta. σὺ ἔφη τὴν εὐγένειαν ἐν τοῖς ἀστραγάλοις ἔχεις. i. *Tu, inquit, nobilitatem in pedum malleolis habes.* Et in Gallia noſtra Galliæ Conneſtabilis Stuartus pro inſignibus
An. 1421 habuit, *tres pedes cum calcaribus.* Robertus Danneual Admiralis Francorum, & Huguo

Aubriot

Aubriot præfectus Parisiensis, *tria calcaria pro insigni nobilitatis habuerunt*; olimque Regum Albanorum insigne, *punicei calcei*, vt colligimus ex Dione, vt Imperatorum Constantinopolitanorum πέδιλον ἐρυθρόν. Primislaus etiam tertius Bohemiæ Rex, *querceos calceos*, nobilitatis Regum posteriorum notam seruari & ostendi voluit. Tamberlanes Magnus Tartarorum Dux, *Calcar* pro sceptro habuit. Pompeius Diadema tulit in Crure non in capite, de quo Valerius. *Pompeio* (ait) *candida fascia crus alligatum habenti*. Fauonius: *non refert*, inquit, *qua in parte corporis sit diadema*. Et fascia quæ Regum est, pedum est: nam Quintilianus dixit: *fascias quibus crura vestiuntur*. Atque adeo malè Alexander Seuerus dixit non pedes imperare, sed caput. Nam qui Imperium promisit, pedibus promisit, apud Poëtam, non capiti.

Dubrauius. *L. 6.* *L. 11. Inst.* *Histor. Augusta.* *Aen. 7.*

Omnia sub pedibus quæ sol vtrumque recurrens,
Aspicit Oceanum vectique regique videbunt.

Denique nobilitas senatoria etiam in pedibus apparuit,

Felix (inquit Iuuen.) *& sapiens, & nobilis, & generosus* *Sat. 7.*
Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

Nec tantùm nobilitas, sed ipsa rusticitas aut seruitus cognoscitur in pedibus. rusticicitas, nam aliquis

——*rideri possit eo quod*
Rusticius tonso toga defluit, & male laxus
In pede calceus hæret.

Vnde rusticus Theophrasti dicitur μείζω τῶ

ποδὸς τὰ ὑποδήματα φέρειν, καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα, ἢ ἥλοις ἐγκροῦσαι. i. *Calceos geſtare pede grandiores, & clauis calceos ſuffigere.* Seruitus, nam Iu-
L. 4.
ſtinus dicit inter Parthos diſcrimen à pedibus ſumi, quod ſerui pedibus, liberi nonniſi
L.31. cap.17.
equis incedunt. Et Plinius pedes venalium trans mare aduectorum creta denotari ſolitos dicit. Et Xenophon apertiſſimè dixit
περὶ προσόδων.
mancipiorum pedes creta notatos, heri ſigillo, ſi priuati hominis eſſent, ſin publica reipublicæ. ἀνδράποδα (inquit) ἢ σεσημασμένα τῷ δημοσίῳ σημάντρῳ καὶ προσκειμένης ζημίας τῷ τε πωλοῦντι καὶ τῷ ἐξάγοντι πῶς ἄν τις ταῦτα κλέψειεν.



Pedem eſſe regulam omnium rerum & vitæ noſtræ totius.

CAPVT VIII.



Es regula multiplex; quod ego explicabo apertè dum faueatis apertè.

Pes regula naſcendi, nam bonum vel malum partum denominamur à pede, ita vt Agrippæ dicãtur ab ægro partu qui pedibus primis nati ſunt,

quaſi oderit vel timuerit natura pedes primos in lucem venire,mundi pericula exploraturos,qui ideo caput in lucem mittunt vt ſuis oculis omnia luſtret, & nunciet pedibus iterum regreſſuris in vterum ſi ſit periculum,vt olim factum à puero:nam vt 3.hiſtoriarum Pauli Diaconi legis, Saguntinis ante famem prodigium tale viſum eſt. *Cùm pene mulier* (inquit autor hiſtoriæ) *enixa eſſet, in vterum regreſſus infans, ciuitatis excidium ſignificauit.*

Pes regula nutritionis & alimenti, nam Galenus ad Glauconem dicit, *ſolitos olim iubere medicos, puerum inſiſtentem altero pede exultare, vt in eam partem alimenti maior pars deferretur*, Καὶ ἀσκωλιάζειν δὲ κατὰ θατέρου σκέλους ἐποίουν τὸ παιδάριον, ὅπως ἐπ᾽ ἐκεῖνο φέροιτο τὸ πλέον τῆς τροφῆς. L. 2.

Pes regula conſanguinitatis & fraterni amoris, ſic Pincerna Athelſtani Anglorum Orientalium Regis pedes fratres vocauit: nam vt dicit Vuilielmus Malmeſburienſis, de Pincerna illo. *Cùm forte die ſolemni vinum propinaret in medio triclinio, vno pede lapſus, altero ſe recollegit. Tunc occaſione accepta fatale ſibi verbum emiſit : Sic frater fratrem adiuuat : quo rex audito perfidum obtruncari cœpit.* Nam ſcire debes Athelſtamum cum exilio tædium vitæ attuliſſe Eduuino fratri, ideoque mordebat Athelſtamum Regem Pincernæ cùm de pedibus dixit, ſic fratrem fratri auxilio eſſe:

Miſſa foras iterum limen tranſire memento
Cautius atque alte ſobria ferre pedem.

inquit Ouid. Et Catullus ſimiliter

Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes.

Nempe transferebantur nuptæ,non limen tranſibant ſuis pedibus, ſed ſublatæ, cuius moris rationem habet Plutarchus, ſed rationem pauci habent; colligi iſta poteſt ex D. Hieron. in vita D. Hilarionis, id factum veſtibularis cuiuſdam veneficii metu, nam ibi dicitur,licio,lamina & quibuſdam characteribus ſubter limen domus puellæ incluſis,illam patuiſſe præſtigiis dæmonum: vnde vides limen conſcium fuiſſe faſcini & præſtigiarum amoris; & hinc illi timores nouæ nuptæ ne limen tangeret.

in quæſt. Rom.

Aliquiſque reſpectus pedum Ruthenis, ſeu Moſcouitis in nuptiis, nam vt dicit Guaguinus; *Sponſus & ſponſa menſam præparatam accedunt, in linteoque ſecundum morem pedibus ſubſtrato vterque ſtat.* Inſuperque nubentibus pedes lauabantur, vt refert Varro 4. de lingua Latina apud Seruium 4. Æneid.

Regula Belli, nam apud Scythas bellum nunciaturus alicui prius ſedet in tergo bouis,omneſque qui ſuppetias ei allaturi ſunt accedunt, ac dextro pede tergum bouis calcantes auxilium pollicentur. Lucianus id manifeſtè. ἐπιβὰς τῇ βύρσῃ τὸν δεξιὸν πόδα ὑπισχνεῖται κατὰ δύναμιν. i. *vnuſquiſque dextro pede tergum bouis calcans pro facultate auxilium pollicetur.* Pede etiam in ſacramento belli inter feras & volucres vtebatur ſtrutio, nam volucribus caput feris pedes oſtendebat, vt ſe

feram & auem probaret. Sed recolite parumper Pompeium dicentem, apud Plutarchum in eius vita, de pede suo, se posse centum legiones militum depromere. Et quod mirum est, Deus in scriptura iussit Hebręis, vt non inirent pugnam nisi prius ipse audiretur currere per summa capita mororum. Tandemque pedi vt victori spolia offeruntur, colla rebellium subiiciuntur, quod imitatus in victoria amoris aliquis Poëta dicens:

Tum mihi constantis deiecit lumina fastus, Prop.l.1.el.1.
Et caput impositis pressit amor pedibus.

Regula pœnæ; nam ea ante pedes ponitur, Propertius. L.3.el.6.

Pœna erit antè meos sera, sed ampla pedes.

Vel de pedibus sumitur: nam dicitur Isaiæ 3. *In die illa auferet dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas & torques.* Et legitur in historia Dubrauij de familia quadam quæ pedibus tota laborabat in vindictam diuinam læsæ quondam maiestatis regiæ: *Cùm alter* (inquit) *eorum barba rutila insignis, alter malè pedatus esset, non aliter nati natorum, & qui hodie nascuntur ab illis, vel rufescũnt, vel pedibus laborant, nam vtraque familia apud Bohemios nunc extat.* Loquitur verò de duobus nequissimis Thoma & Gudmone, qui scelerato consilio ac Imperio Drahomiræ sanctissimam Ludmillam Reginam Bohemiæ interfecerant. Et quis nescit Prometheo quando manus per ferulam peccauit, pedes tamen in Caucaso vinctos, & hodie primi pedes reorum sunt in

vinculis? Et quis non nouit Philocteti pedem ob periurium putruisse? & quis ignorat etiam pedum abscissiones in Aimoino, Paulo Diacono, Gregoro Niceta & aliis?

Regula honoris & præmij, nam ei qui in bello claudus factus fuerit satis amplum premium est ipsa claudicatio, nam audi lacœnam illam quæ sic loquitur ad filium ex vulnere claudicantem. *Macte gradum non pones sine memoria virtutis.*

Regula Balneorum, nam Pythagoras dixit dextrum pedem prius induendum, sinistrum prius lauandum, & Suidas ex Aristophane refert δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον, i.

In calceum dextrum, læuumque impone lauacro,
Et exponit de eis qui apte negotiis vtuntur.

Regula sensuum, nam planta pedis dicta, εὐαισθητότατος.

Regula passionum mentis, nam motio pedum in Scriptura sacra dubitationem, timorem & inconstantiam denotat, Psal. 37. v. 17. Psal. 93. v. 18. Ps. 120. v. 3. Ierem. 14. v. 10.

Regula voluptatis venereę, nam dixit Amazonum Regina Scythæ procāti, ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ, i. *Claudicans optime subat*, vt refert Suidas. Et Theognis adulteram vocat mulierem vagis pedibus, γυναῖκα ἀρίδρομον.

Regula virtutum fere omnium. Sapientiæ: nam serpentes dicuntur sapere, quia pedes habent in pectore vbi sedet mens & ratio

Lucian. humilitatis; nam soleæ Empedoclis non potuerunt ferre superbiam illius, sed ab Ethna redierunt testatum non esse Deum; ipsique

pedes superbum pauonem monent humilitatis. Iustitiæ: nam in ea nihil impar dissidet; *At* (inquit Plinius) *numerus pedum impar nulli est.* Adde Ichneam Themidem dici, non tam forte ab Ichna ciuitate Macedoniæ quàm κατ' ἴχνας persequente eam Ioue vt nuberet:. & apud Clementem Alexandrinum Iustitia dicitur bifidam habere vngulam, bifida autem (inquit ille) iure est iustitia, vt quæ & hic sanctificet, & in futurum transmittat sæculum. Et Pythagoras à pedibus regulam iustitiæ sumpsit dicens stateram non transiliendam. L.11.c.48.

Regula artium, nam comędia & tragœdia socco, & cothurno definiuntur,

Hunc socci cœpere pedem grandesque cothurni,
Alternis aptum sermonibus.

inquit Horatius. *in Arte.*

Etsi nescis methodus via per quam ad artem curras.

Regula conatus humani, nam totus hic describitur conari manibus pedibus. Regula orationis, nam nihil dicis, cùm nec caput, nec pes sermonum apparet. *Ter. in Andr. scen. 1.* *Plaut. Asin.*

Regula perfectionis, nam nihil impediuit præter pedem, & sandalium quin Venerem Momus perfectissimam iudicaret; nam vbi caput initium est, pes est perfectio, vt probè notat ille.

Ego caput (inquit) *huic argento fui hodie reperiundo, ego pes fui.* Plaut. Asin.

Regula formæ, hinc ille tantum pulcher, qui

Horat. ——— *talos à vertice pulcher ad imos.*

Et Seneca in Iulii Cæsaris forma obseruat pedum encrinitatem. Vt & Poëtæ omnes pedem suis versibus in puella laudant, Ouidius, & alii.

Pes erat exiguus, pedis hæc aptissima forma,

Aliæ enim formę in quibus nulla ratio pedis, tales, tales tibi erunt:

——— *vanæ*

Fingentur species, vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ.

Regula honestatis, nam quia visa Hebe non satis decorè ministrare, quod in vno passu errauerit, ademptum ei poculum.

Regula contemptus humani, quo irrisores & insultantes alienis calamitatibus dicuntur pede percutere, Ezech. 25.

Regula furti deprehendendi, nam Hercules Caci furtum è vestigiis boum deprehendit, & Sisyphus Autolici, qui vt habet scholiastes Sophoclis, ὑπὸ τοῖς ὄνυχας καὶ τὰς ὁπλὰς τῶν ζώων ἑαυτοῦ μονόγραμμα ἔγραψε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Nomen scripserat in vngulis gregis & armenti sui.

Tit. liu. l. 45. Regula legationum: nam legatio C. Popilii ad Antiochum præstantissima tota in eo versatur, quod virgâ pedes Antiochi circumscripsit, iussitque responsum dare priusquam ex eo Creulo excessisset.

Regula ludorum & spectaculorum huius vitæ, nam ludi erant pedestres aliqui, vt mo-
C. 37. l. 18. neremur mortalitatis nostræ, quod dixit Isidorus,

dorus: *Pedites autem aiunt*(inquit)*propterea pede currere, quia pedibus curritur mortalitati, ob hoc à superiori parte curritur ad inferiora, id est ab Oriente ad Occidentem, quia mortales oriuntur & occidunt.*

Regula cognoſcendi amicos & parentes. Amicos, nam Euryclea dominum Vlyſſem lauans eius pedes agnouit, & fortè Christus dominus noſter voluit agnoſci à diſcipulis & eos noſcere in illa mutua pedum lotione quæ eſt in Euangelio. Parentes, nam vt refert Herodotus, Harpagus inter cœnandum non nouit viſcera filiorum, ſed pedes pro ferculo allatos bene nouit.

Regula Geometriæ, nam Pythagoras de Herculis magnitudine iudicauit ex pedis veſtigio quod in ſtadio olympico animaduertit; nam vt vidit pedem eſſe ſextam partem altitudinis cuiuſque corporis humani emendati, cubitum quartam, palmum vigeſimam quartam, coniecturam de toto corpore fecit.

Regula doctrinæ diuinæ, nam Deuter. 23. verſ. 3. dixit Moyſes de Deo loquens: *qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius.* Et rurſum, quia dixit Deus Abrahamo: *Ego ſum Dominus Deus tuus, ambula coram me,* quaſi ex inceſſu & greſſu noſtro Deus iudicet, ſimuſne homines an belluæ, nam cùm manus in homine rationem repræſentet, pes ſenſum, ſi ratio affectum ſequatur, ſiue ſi manibus pedibuſque curramus, beſtiæ hic greſſus eſt, vt fatetur iſte.

Horat. ——— *talos à vertice pulcher ad imos.*

Et Seneca in Iulii Cæſaris forma obſeruat pedum encrinitatem. Vt & Poëtæ omnes pedem ſuis verſibus in puella laudant, Ouidius, & alii.

Pes erat exiguus, pedis hæc aptiſſima forma,

Aliæ enim formę in quibus nulla ratio pedis, tales, tales tibi erunt:

——— *vanæ*

Fingentur ſpecies, vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ.

Regula honeſtatis, nam quia viſa Hebe non ſatis decorè miniſtrare, quod in vno paſſu errauerit, ademptum ei poculum.

Regula contemptus humani, quo irriſores & inſultantes alienis calamitatibus dicuntur pede percutere, Ezech. 25.

Regula furti deprehendendi, nam Hercules Caci furtum è veſtigiis boum deprehendit, & Siſyphus Autolici, qui vt habet ſcholiaſtes Sophoclis, ὑπὸ τοὺς ὄνυχας καὶ τὰς ὁπλὰς τῶν ζώων ἑαυτοῦ μονογράμμα ἔγραψε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Nomen ſcripſerat in vngulis gregis & armenti ſui.

Tit. liu. l. 45. Regula legationum: nam legatio C. Popilii ad Antiochum præſtantiſſima tota in eo verſatur, quod virgā pedes Antiochi circumſcripſit, iuſſitque reſponſum dare priuſquam ex eo Creulo exceſſiſſet.

Regula ludorum & ſpectaculorum huius vitæ, nam ludi erant pedeſtres aliqui, vt moneremur mortalitatis noſtræ, quod dixit Iſidorus, C. 37. l. 18.

dorus: *Pedites autem aiunt*(inquit)*propterea pedecurrere, quia pedibus curritur mortalitati, ob hoc à superiori parte curritur ad inferiora, id est ab Oriente ad Occidentem, quia mortales oriuntur & occidunt.*

Regula cognoscendi amicos & parentes. Amicos, nam Euryclea dominum Vlyssem lauans eius pedes agnouit, & forte Christus dominus noster voluit agnosci à discipulis & eos noscere in illa mutua pedum lotione quæ est in Euangelio. Parentes, nam vt refert Herodotus, Harpagus inter cœnandum non nouit viscera filiorum, sed pedes pro ferculo allatos bene nouit.

Regula Geometriæ, nam Pythagoras de Herculis magnitudine iudicauit ex pedis vestigio quod in stadio olympico animaduertit; nam vt vidit pedem esse sextam partem altitudinis cuiusque corporis humani emendati, cubitum quartam, palmum vigesimam quartam, coniecturam de toto corpore fecit.

Regula doctrinæ diuinæ, nam Deuter. 33. vers. 3. dixit Moyses de Deo loquens: *qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius.* Et rursum, quia dixit Deus Abrahamo: *Ego sum Dominus Deus tuus, ambula coram me,* quasi ex incessu & gressu nostro Deus iudicet, simusne homines an belluæ, nam cùm manus in homine rationem repræsentet, pes sensum, si ratio affectum sequatur, siue si manibus pedibusque curramus, bestiæ hic gressus est, vt fatetur iste.

Βάσιν τε χέσον πεδίαν καθαρμέσας,
Καὶ κῶλα κώλοις, τετράπουν μιμήσομαι.

Atque vt facile coram Deo ambularemus voluit eos sacramentorum oleo vngere, id
Pæd l.2.c.8. est gressum docere, nam vt dixit Clemens Alexandrinus, μύρῳ γὰρ εὐώδει ἀλειφόμενοι οἱ πόδες θείαν αἰνίττονται διδασκαλίαν, i. *pedes qui vnguntur vnguento odorifero doctrinam diuinam significant.* Quare precemur, dirigat pedes nostros Deus & beatos faciat, lauet & vngat, vt
D.Aug ep. 119.c.8 & ep.139. olim ante Communionem lauabant prisci Christiani pedes, & ante baptismum. Quod
D. Ambr. l.3. de Sacr. c.1. si fecerit illis pedibus in cœlum ascendens, modo non contemnamus has Dei vnctiones, & sacramenta, nam contemptus
Plaut. pseud. *Is odor dimissis pedibus in cœlum volat.*
Dicamus igitur, *Et conuerti pedes meos in testimonia tua*, vt Dauid Psal. 98. vers. 59.

Regula bonorum operum, nam Leu.8. & pedes Aaron & filiorum eius sunt bona ope-
Num. 22. ra. Nec est sine mysterio quod pes Balaam ab asina attritus est. Et Cant.5. 6. dicitur, *hæc opera sunt pedes sponsæ.*

Hom. Plut. in Gr. & Cras. Regula fati, nam totum Achillis fatum in talo fuit, Gracchi in pollice pedis, Crassi etiam. Nec frustra fleuit illa super marito qui pedem in limine læserat in militiam proficiscens.

Ou. in heroid. epist.
Cùm foribus velles ad Troiam exire paternis,
Pes tuus offenso limine signa dedit.
Vt vidi ingemui, tacitoque in pectore dixi,
Signa reuersuri sint precor ista viri.

Nam fatum hoc eius fuit. Et alterius quæ

——cùm discedere vellet,
Ad limen digitos restitit icta nape,
Semper denique fatum triste.
Offensum in porta signa dedisse pedem.

Et Suidas confirmat, de Zenone dicens, quod cùm Schola exiens impegisset, & digitum pedis læsisset, manu percussa terra illud ex Niobe protulit, ἔρχομαι, τί μ' αὔεις; i. *venio, quid me vocas?* statimque decessit.

Regula & mensura totius hominis, nam *Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.* *Horat.*

Regula dignitatis, nam equus qui solus dignus fuit Cæsare, & quo solo dignus fuit Cæsar, notam huius dignitatis habuit in pede, & in duplici vngula, ἵππος τις αὐτῷ, (ait Dio de Cæsare) διφυεῖς ἐν τοῖς τῶν προσθίων ποδῶν ὁπλαῖς ἔχων ἐγεννήθη καὶ ἐκεῖνον μὲν γαυρούμενος ἔφερεν, ἄλλον δὲ ἀναβάτην οὐδένα ἀνεδέχετο. *L.37. hist.* i. *Equus ei quidam fissis in duas partes prioribus vngulis natus erat, isque solum Cæsarem exultans ferebat, nullumque alium sessorem admittebat.*

Regula fortunæ, cuius tota vis posita est in statione labili, & pedis situ. Nam quæ vires huic deæ, nisi eas sumpserit à pede & rota? *Orat. 44.* Dio Chrysostomus iudex, qui quod eam super sphæram pedem posuisse fecerunt veteres, illud interpretatur, ὅτι εὔκολος ἡ μεταβολὴ αὐτῆς ἐστιν, i. *quod facilis sit illius mutatio, in quo tota vis fortunæ.*

Regula & imago vniuersi, nam mundus regitur alternis vicibus, noctis & diei, æstatis & hiemis, ita vt quando vna pars agitatur, altera quiescat, quemadmodum pedes

mouentur alternatim, & vt Græci dicunt, ἐναλλάξ.

Regula tandem mortis & funerum, nam vt capite naſcimur, ita pede efferimur, pedeſque primi ad oſtium admouentur, & fit
Ep. 12. iſtud Senecæ, *foras ſpectat.* Et iſtud Perſij.
Sat. 3.

——tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit.

L. 7. c. 8. Cuius rei rationem ſume à Plinio dicente: *Ritu naturæ capite hominem gigni, mos eſt pedibus efferri.* Hinc Melampus vates admonitus à muribus caducam eſſe domum in qua erat, futuramque breui trabis ruinam, quia inde ſoſpes exiturus erat, efferri domo ſe iuſſit ſpectante intro capite & pedibus.

Sed hæc ſatisfaciant curioſitatis hominum morbo, & maneat in animis omnium omnem naturam in pedibus habitare.



Pedem esse valde honorandum.

CAPVT IX.



MITTO plurima, vt nihil sit ὑπὲρ τὸν πόδα, & omnia sint περὶ πόδα, nam & fœmur Pythagoræ nolui videre, & pedes nigros Melampodis viri fatidici nolui respicere. *Lucian. in auct. vit.* *Scholiast. Theocriti.*

Omitto pedes asylum esse animæ timentis, quia fugit ad pedes animus semper eius qui timet. *Homer.*

Omitto Herculem semper peditem incedisse, etsi nobilissimos equos habuerit. *Seru. ad Aen. 7.*

Omitto pedestre nautarum instrumentum quibus equos velocissimos Moscouitæ cursu superant. *Guagnin. de Couissis populis.*

Sileo primum Imperatorem qui electus fuit, Henricum secundum, Ducem Bauariæ, diuina prouidentia, & in gratiam pedis nostri claudum fuisse. *Appendix S. Aurelij Victoris.*

Sileo Pyrrhi pedem fecisse miracula, quæ *Plut. in Pyrr. & alij.*

facit manus noſtri principis.

Sileo tot genera ſaltationum quæ pede fiunt, de quibus Lucianus, & alij.

Suidas & alij. Prætereo ſciapodes, qui cùm habeant plãtas corpore toto majores, & domos non habeant, optimè vno pede teguntur.

Pauſan. l. 5. Prætereo denique ſomnum pedes habuiſſe varos, vt pede ſatis cantato linguis faueamus. Laudo mulieres quæ nullam partem digniorem vnionibus agnouerunt, nam illæ

L. 9. c. 35. reuerenter, vt loquitur Plinius, vniones pedibus, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis ſocculis addiderunt.

Sed magis laudo leges Baioariorum pedum vindices, quarum vna ſic loquitur:

Si quis aliquem plagauerit, vt exinde claudus fiat, ſic vt pes eius ros tangat quod Athaudregil vocant, cum 12. *ſolid. componat.* Et Longobardorum, quarum alia de omnibus pedis digitis paragraphos habet, eſtque titulus, *de incifione*

C. 5. tit. 27. *pedum*, quam legem non pudet me ponere.

1. §. *Si quis alij pedem excuſſerit medietatem precij illius componat.*

2. §. *Et ſi ſcinderatus non fuerit, & non perexcuſſerit, quarta parte precij ipſius ei componat.*

3. §. *Si quis alij pollicem de pede excuſſerit, componat ſolid.* x.

4. §. *Si quis alii ſecundum digitum pedis excuſſerit, componat ſolid.* VI.

5. §. *Si tertium digitum pedis excuſſerit, componat ſolid.* III.

6. §. *Si quartum excuſſerit digitum pedis, componat ſolid.* III.

7. §. *Si quintum digitum excuſſerit pedis, componat ſolid.* 11. Vbi miram vides diligentiam legiſlatoris in tuenda pedis, & digitorum eius ſalute.



Obiecta diluuntur, & maxime illud de podagræ morbo.

CAPVT X.

NONDVM auſim contendere palam (nam in ſinu valde lætor) nihil eſſe melius pede, niſi obiecta diluero, & morbos eius, aut ſanauero, aut amauero, quæ quia amabo potius quàm ſanabo, præcipuum eius morbum, quem podagram vocant animitus colo. Dico breuiter quæ ad eius laudem ſpectant. Dea podagra ea eſt, vt nunquam ad nos ſine legato veniat. Quos legatos dicis? Legatos pacis & otij amicos, quæ cùm venerit hoc cum virtute commune habet, vt eam præſentem oderint homines, abſentem quærant. Deam dixi, explico, Nemeſis ea eſt vitæ beatioris vindex & flagellum. Venus ea eſt aurea, nam raro eſt podagricus qui non idem aureus & amore dignus. Ea aurora eſt, quæ noctu poteſt diem

nunciare: vigil planè dea, & nullius vmbræ particeps, Aurora, inquam, verè ſolis filia, quæ neſcit ſine curru procedere. Regina dearum quæ nunquam eſt ſine comite, & cui perquam licet cuiuis homini inter principes & reges ſedere; alioquin pedes quos ego ſacros puto, nimia ſtatione violaturo, regina dearum quæ poſcere poteſt à Ganimede propriam ambroſiam præter communem deorum, dea quæ excuſat omne lenocinium. O dea, ô Podagra, poſthumum mortalibus donum, quæ cùm videres ſparſum & miſſum è pyxide laborem in vindictam hominum, tu quietem in veniam & indulgentiam adduxiſti, hoſtis paupertatis, inimica ruſticitatis. Ego quidem arbitror in votis eam Vlyſſi fuiſſe, cùm nollet Græcorũ acies Troiam ſequi, quam quia non potuit cœlo precibus elicere, finxit ſe fatuum, vt inde videas inopia huius boni, adfuiſſe inſipientiæ copiam, & miror eſſe aliquem qui podagram contemnat. Ea quaſi perpetuus Dictator, & iudex ſedet, quemadmodum ſedere iudicum eſt: ea docet meditari, docet omnia ſcire preter ſeipſam, in quo maxime natura eius diuina ſplendeſcit, quod tantorum ſeculorum intercapedine cum multis habitans, nec potuerit intelligi, nec potuerit videri: ſoror ni fallor amoris qui cum Pſyche quidem recumbebat, ſed videri recuſabat: ſoror Dianæ, quæ fauere quidem Actæoni amabat, videri autem ab eo non gaudebat, quare non mirum ſi nulla medicina hanc

regit,

regit,nulla miſetrà habeat, quæ tamen cenſetur philtra habere. Sed dices bonum vocas podagram hominem frangere, malum non vocas hominem debilitare, belluæ vt canes, & lupi putant id hominem eſſe quod vident, at dij & ſapientes animum pro homine intuentur, qui cùm Herculem in cœlum receperunt,eius idolum, & corpus dereliquerunt. Imò podagra quædam incognita Apotheoſis eſt, quæ tollit omne quod impedit hominem cœlum petere,& cùm tenet domi corpus in vinculis, quaſi aduerſus obſidem id facit, vt animum ab ergaſtulo liberet. Nondum me forte intelligis, podagram ſuperbiam omnem demere de anima, volo dicere cùm cogat ad imos pedes intueri:dat ergo hæc bona, podagra hominibus, & quod magis eſt ſine inuidia, credo, quia maius donum inuidia pedibus laborare, ſed maius eſt quod mihi perſuadeo,exiſtimo D. Paulum podagra laboraſſe, nam cùm dixit corpus in ſeruitutem redigo,non potuit melius quàm cum podagra id facere. Pedem verò podagræ putatis infirmum, ego de podagra reor dictum ſerpenti,ipſa conteret caput tuum, nam pes iſte podagricus,vt infirmus eſt ad calcandos ſcrupulos, ita fortis eſt ad calcanda vitia,& voluptates.Hoc tantum habet moleſtum, ſed hoc adhuc laudabiliter à medicis habet quod ſanat cum dolore, iucundum tamen id quod extra legem medicorum,ſanat ſine mercede, nec manum porrigit niſi daturam. Cæterum illam in fa-

Lucian. l. de podag. bulis ſuis celebrauerunt Poëtæ, nam Priamus eam domeſticam habuit, Bellerophon ea vſus eſt, vt teſtis Pegaſus, Oedippus per eam Sphinga vicit, nec aliud mihi videtur lyra Achillis quàm eius podagra. Quare obligabit me qui podagram laudauerit, & ſe mihi eam laudanti cooptauerit, ego verò eius bona laudaui apertè, & ſolo deſiderio laudandi, non vt gratiam referrem ab illa, quia magis expedit laudare deos quàm ſentire, ſed vt illam ſi quando veniat ad aliquos, illi ſentiant meliorem, & quia dea eſt, mutet hominum ſententias quibus iamdiu perſuaſum eſt, podagram eſſe moleſtam, & nos non inuidos tantorum bonorum ſinat incolumes, timemus enim eſſe illius candidati hoc dicere, cui ſi vis lector, qui de dea hac pateris, palam dicam hunc trimetrum iambicum.

Ω ϛυγνὸν ὄνομ᾽ ὦ θεοῖς ϛυγουμένον,
ποδάγρα πολυϛενάκτε, Κωκυτοῦ τέκνον,
ἣν ταρτάρου κευθμῶσιν ἐν βαθυσκίοις
μέγαιρ᾽ Ερινύς γαϛρὸς ἐξεγείνατο
μαζοῖσί τ᾽ ἐξέθρεψε καὶ πικρῷ βρέφει
εἰ χεῖλος ἐϛάλαξεν Αληκτὼ γάλα. i.

O triſte numen, ô diis odibile,
Podagra lachrymoſa, Cocytoſata,
In tartari ſpecubus opacis edita,
Erynnis vtero quam Megæra ſuo tulit
Et vberibus aluit, cuique paruulæ
Amarulentæ, in os lac Alecto dedit.

Nam ſi laudaui hanc deam, non ſum ſolus, quia multi olim illam laudauere; & ab

eius notatione aliqui laudem congessere: nam podagra significat pediculam seu tendiculam ceruorum, cerui verò valde vitales sunt, vnde colligo podagricos qui tanquam cerui inciderunt in hanc pedicam, esse valde vitales. Sed eam Lucianus tibi satis carmine laudabit. *Glossa. Lucian. l. de podogra. Xenoph. 1 ped.*



Pes varios habet significatus.

Capvt XI.



Es hominis est de quo nostra illa admiranda.

Pes montis est, vt apud Ammianum videbis. Imos pedes montis Cassij, nec mirum pedes habere cùm caput habeant & scapulas. *L. 13.* *Tert. de ped.*

Pes aqua est. Horat. *Ep. od. 16.*

Leuis crepante lympha desilit pede.

Lucretius etiam. *L. 5.*

Qua via secta semel liquido pede detulit vndo.

Pes lectorum est, sic Catullo,

Candido pede lectuli.

Sic Apuleio, *L. 5.*

Ante lectuli pedes iacebat
Arcus & pharetra.

Pes mensarum est, Propert. *L. 4. el. 9.*

Decidit inque suos mensa supina pedes:

8. Met. Et Ouidius:

---mensæ sed erat pes tertius impar.

Pes ciuitatis est apud Sarisberiensem, sub quam vocem veniunt Sutores, Cerdones, mangones, artifices.

Pes orationis est, isque duplex, solutus, & vinctus, de quo Ausonius:

Quot pedibus gradiuntur apes, & versus Homeri.

L. 3. de orat. Et Cic. à naui dicit sumptum hoc nomen, *de pedibus* (inquit) *in versu per translationem ita dictis, vt in naui.*

Pes nauis est. Nonius Marcellus. *Remi* (inquit) *sunt nauales pedes*, & Artemidorus de nauta dicit, πλοίοσι γὰρ ποσὶ χρήσεται τῆς νεὼς ἐρετσομένης.

Pes tamen in naui etiam pars veli aut funis quo vela astringuntur, Virgil.

5. Aen. *vna omnes fecere pedem.*

Plin. l. 2. c. 47. *Isdem autem ventis in contrarium nauigatur prolatis pedibus, vt noctu plerumque aduersa vela concurrant.*

Pes etiam vinaceorum in torculari, Columella, l. 12. c. 19. *sereno* (inquit) *siccoque die vuas quàm maturissimas legemus, quibus proculcatis mustum quod defluxerit antequam prælo pes eximatur, statim de lacu in vasa defrutaria deferemus.*

Pes est alicuius viæ oræ vel tractus. Solin. c. 14. *Melibœa in hoc pede computatur.*

Pes est mensuræ genus, & præcipua mensura longitudinum digitorum sedecim, & vnciarum duodecim, siue is sit Græcus siue Romanus antiquus.

Pes etiam pro pediculo sumitur, Plaut. *Curcul.*
Vt muscæ, culices, pedesque, pulicesque
Odio & malo, & molestiæ bono vsui estis nulli.
Pes pro pudendis sumitur ab Hebræis antiquissimis, vnde aqua pedum apud eos pro vrina, & tegere pedes apud Dauidem Hebræum, est vrinam reddere, vel vt interpretatur Ionathan, est aluum exonerare. ita enim explicant hæc loca scripturę 1. Samuelis 24. 4. Saül venit ad texendum pedes suos, & Iud. 3. 25. operit pedes suos.

Pes etiam edicti genus quod longis periodis contentum vno spiritu à præcone recitabatur. Galen. epid. l. 6. quem vide, nam ego finio.



Conclusio admirandorum de pede.

Capvt XII.



Temerarivm esset non esse contentum paucis in re tam tenui, & superare velle arte materiam. Maximè cùm non dederim huic negotio, nisi quicquid fuit temporis futilis & caduci, id est paucos dies, vt diceretur me hæc scripsisse cùm à scribendo vacarem, nam erube-

mouentur alternatim, & vt Græci dicunt, ἐναλλάξ.

Regula tandem mortis & funerum, nam vt capite naſcimur, ita pede efferimur, pedeſque primi ad oſtium admouentur, & fit
Ep. 12. iſtud Senecæ, *foras ſpectat.* Et iſtud Perſij.
Sat. 3. *——tandemque beatulus alto*
Compoſitus lecto, craßiſque lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit.
L.7.c.8. Cuius rei rationem ſume à Plinio dicente: *Ritu naturæ capite hominem gigni, mos eſt pedibus efferri.* Hinc Melampus vates admonitus à muribus caducam eſſe domum in qua erat, futuramque breui trabis ruinam, quia inde ſoſpes exiturus erat, efferri domo ſe iuſſit ſpectante intro capite & pedibus.

Sed hæc ſatisfaciant curioſitatis hominum morbo, & maneat in animis omnium omnem naturam in pedibus habitare.



Pedem esse valde honorandum.

Capvt IX.



Mitto plurima, vt nihil ſit ὑπὲρ τὸ πόδα, & omnia ſint ὑπὸ πόδα, nam & fœmur Pythagoræ nolui videre, & pedes nigros Melampodis viri fatidici nolui reſpicere. *Lucian. in auct. vit.* *Scholiaſt. Theocriti.*

Omitto pedes aſylum eſſe animæ timentis, quia fugit ad pedes animus ſemper eius qui timet. *Homer.*

Omitto Herculem ſemper peditem incediſſe, etſi nobiliſſimos equos habuerit. *Seru. ad Aen. 7.*

Omitto pedeſtre nautarum inſtrumentum quibus equos velociſſimos Moſcouitæ curſu ſuperant. *Guagnin. de Coniſſis populis.*

Sileo primum Imperatorem qui electus fuit, Henricum ſecundum, Ducem Bauariæ, diuina prouidentia, & in gratiam pedis noſtri claudum fuiſſe. *Appendix S. Aurelij Victoris.*

Sileo Pyrrhi pedem feciſſe miracula, quæ *Plut. in Pyrr. & alij.*

facit manus noſtri principis.

Sileo tot genera ſaltationum quæ pede fiunt, de quibus Lucianus, & alij.

Suidas & alij. Prætereo ſciapodes, qui cùm habeant plãtas corpore toto majores, & domos non habeant, optimè vno pede teguntur.

Pauſan. l. 5. Prætereo denique ſomnum pedes habuiſſe varos, vt pede ſatis cantato linguis faueamus. Laudo mulieres quæ nullam partem digniorem vnionibus agnouerunt, nam illæ

L. 9. c. 35. reuerenter, vt loquitur Plinius, vniones pedibus, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis ſocculis addiderunt.

Sed magis laudo leges Baioariorum pedum vindices, quarum vna ſic loquitur:

Si quis aliquem plagauerit, vt exinde claudus fiat, ſic vt pes eius ros tangat quod Athaudregil vocant, cum 12. ſolid. componat. Et Longobardorum, quarum alia de omnibus pedis digitis paragraphos habet, eſtque titulus, *de inciſione*

C. 5. tit. 27. *pedum*, quam legem non pudet me ponere.

1. §. *Si quis alij pedem excuſſerit medietatem precij illius componat.*

2. §. *Et ſi ſcinderatus non fuerit, & non perexcuſſerit, quarta parte precij ipſius ei componat.*


3. §. *Si quis alij pollicem de pede excuſſerit, componat ſolid.* x.

4. §. *Si quis alii ſecundum digitum pedis excuſſerit, componat ſolid.* vi.

5. §. *Si tertium digitum pedis excuſſerit, componat ſolid.* iii.

6. §. *Si quartum excuſſerit digitum pedis, componat ſolid.* iii.

7. §. *Si quintum digitum excusserit pedis, componat solid.* 11. Vbi miram vides diligentiam legiſlatoris in tuenda pedis, & digitorum eius ſalute.



Obiecta diluuntur, & maxime illud de podagræ morbo.

CAPVT X.



NONDVM auſim contendere palam (nam in ſinu valde lætor) nihil eſſe melius pede, niſi obiecta diluero, & morbos eius, aut ſanauero, aut amauero, quæ quia amabo potius quàm ſanabo, præcipuum eius morbum, quem podagram vocant animitus colo. Dico breuiter quæ ad eius laudem ſpectant. Dea podagra ea eſt, vt nunquam ad nos ſine legato veniat. Quos legatos dicis? Legatos pacis & otij amicos, quæ cùm venerit hoc cum virtute commune habet, vt eam præſentem oderint homines, abſentem quærant. Deam dixi, explico, Nemeſis ea eſt vitæ beatioris vindex & flagellum. Venus ea eſt aurea, nam raro eſt podagricus qui non idem aureus & amore dignus. Ea aurora eſt, quæ noctu poteſt diem

nunciare: vigil planè dea, & nullius vmbræ particeps, Aurora, inquam, verè solis filia, quæ nescit sine curru procedere. Regina dearum quæ nunquam est sine comite, & cui perquam licet cuiuis homini inter principes & reges sedere; alioquin pedes quos ego sacros puto, nimia statione violaturo, regina dearum quæ poscere potest à Ganimede propriam ambrosiam præter communem deorum, dea quæ excusat omne lenocinium. O dea, ô Podagra, posthumum mortalibus donum, quæ cùm videres sparsum & missum è pyxide laborem in vindictam hominum, tu quietem in veniam & indulgentiam adduxisti, hostis paupertatis, inimica rusticitatis. Ego quidem arbitror in votis eam Vlyssi fuisse, cùm nollet Græcorũ acies Troiam sequi, quam quia non potuit cœlo precibus elicere, finxit se fatuum, vt inde videas inopia huius boni, adfuisse insipientiæ copiam, & miror esse aliquem qui podagram contemnat. Ea quasi perpetuus Dictator, & iudex sedet, quemadmodum sedere iudicum est: ea docet meditari, docet omnia scire prçter seipsam, in quo maxime natura eius diuina splendescit, quod tantorum seculorum intercapedine cum multis habitans, nec potuerit intelligi, nec potuerit videri: soror ni fallor amoris qui cum Psyche quidem recumbebat, sed videri recusabat: soror Dianæ, quæ fauere quidem Actæoni amabat, videri autem ab eo non gaudebat, quare non mirum si nulla medicina hanc

regit,

regit, nulla misecrâ habeat, quæ tamen censetur philtra habere. Sed dices bonum vocas podagram hominem frangere, malum non vocas hominem debilitare, belluæ vt canes, & lupi putant id hominem esse quod vident, at dij & sapientes animum pro homine intuentur, qui cùm Herculem in cœlum receperunt, eius idolum, & corpus dereliquerunt. Imò podagra quædam incognita Apotheosis est, quæ tollit omne quod impedit hominem cœlum petere, & cùm tenet domi corpus in vinculis, quasi aduersus obsidem id facit, vt animum ab ergastulo liberet. Nondum me forte intelligis, podagram superbiam omnem demere de anima, volo dicere cùm cogat ad imos pedes intueri: dat ergo hæc bona, podagra hominibus, & quod magis est sine inuidia, credo, quia maius donum inuidia pedibus laborare, sed maius est quod mihi persuadeo, existimo D. Paulum podagra laborasse, nam cùm dixit corpus in seruitutem redigo, non potuit melius quàm cum podagra id facere. Pedem verò podagræ putatis infirmum, ego de podagra reor dictum serpenti, ipsa conteret caput tuum, nam pes iste podagricus, vt infirmus est ad calcandos scrupulos, ita fortis est ad calcanda vitia, & voluptates. Hoc tantum habet molestum, sed hoc adhuc laudabiliter à medicis habet quod sanat cum dolore, iucundum tamen id quod extra legem medicorum, sanat sine mercede, nec manum porrigit nisi daturam. Cæterum illam in fa-

Lucian. l. de podag. bulis suis celebrauerunt Poëtæ, nam Priamus eam domesticam habuit, Bellerophon ea vsus est, vt testis Pegasus, Oedippus per eam Sphinga vicit, nec aliud mihi videtur lyra Achillis quàm eius podagra. Quare obligabit me qui podagram laudauerit, & se mihi eam laudanti cooptauerit, ego verò eius bona laudaui apertè, & solo desiderio laudandi, non vt gratiam referrem ab illa, quia magis expedit laudare deos quàm sentire, sed vt illam si quando veniat ad aliquos, illi sentiant meliorem, & quia dea est, mutet hominum sententias quibus iamdiu persuasum est, podagram esse molestam, & nos non inuidos tantorum bonorum sinat incolumes, timemus enim esse illius candidati hoc dicere, cui si vis lector, qui de dea hac pateris, palam dicam hunc trimetrum iambicum.

Ω στυγνὸν ὄνομ' εἰ θεοῖς στυγούμενον,
ποδάγρα πολυστονάκτε, Κωκυτοῦ τέκνον,
ἣν ταρτάρου κευθμῶσιν ἐν βαθυσκίοις
μέγαιρ' Εριννύς γαστρὸς ἐξεγείνατο
μαζοῖσί τ' ἐξέθρεψέ καὶ πικρῷ βρέφει
εἰ χεῖλος ἐστάλαξεν Αληκτὼ γάλα. i.

O triste numen, ô diis odibile,
Podagra lachrymosa, Cocytosata,
In tartari specubus opacis edita,
Erynnis vtero quam Megæra suo tulit
Et vberibus aluit, cuique paruulæ
Amarulentæ, in os lac Alecto dedit.

Nam si laudaui hanc deam, non sum solus, quia multi olim illam laudauere; & ab

eius notatione aliqui laudem congeſſere: nam podagra ſignificat pediculam ſeu tendiculam ceruorum, cerui verò valde vitales ſunt, vnde colligo podagricos qui tanquam cerui inciderunt in hanc pedicam, eſſe valde vitales. Sed eam Lucianus tibi ſatis carmine laudabit. *Gloſſa. Lucian. l. de podogra.* *Xenoph. 1 ped.*



Pes varios habet ſignificatus.

Capvt XI.



Es hominis eſt de quo noſtra illa admiranda.

Pes montis eſt, vt apud Ammianum videbis. *L. 13.* Imos pedes montis Caſſij, nec mirum pedes habere cùm caput habeant & ſcapulas. *Tert. de ped.*

Pes aqua eſt. Horat. *Ep. od. 16.*

Leuis crepante lympha deſilit pede.

Lucretius etiam. *L. 5.*

Qua via ſecta ſemel liquido pede detulit vndo.

Pes lectorum eſt, ſic Catullo,

Candido pede lectuli.

Sic Apuleio, *L. 5.*

Ante lectuli pedes iacebat
Arcus & pharetra.

Pes menſarum eſt, Propert. *L. 4. el. 9.*

Decidit inque suos mensa supina pedes:

8\. Met. Et Ouidius:

---mensæ sed erat pes tertius impar.

Pes ciuitatis est apud Sarisberiensem, sub quam vocem veniunt Sutores, Cerdones, mangones, artifices.

Pes orationis est, isque duplex, solutus, & vinctus, de quo Ausonius:

Quot pedibus gradiuntur apes, & versus Homeri.

L. 3. de orat. Et Cic. à naui dicit sumptum hoc nomen, *de pedibus* (inquit) *in versu per translationem ita dictis, vt in naui.*

Pes nauis est. Nonius Marcellus. *Remi* (inquit) *sunt nauales pedes*, & Artemidorus de nauta dicit, πλοίοισι γὰρ ποσὶ χρήσεται τῆς νεὼς ἐρεσσομένης.

Pes tamen in naui etiam pars veli aut funis quo vela astringuntur, Virgil. 5. Aen.

vna omnes fecere pedem.

Plin. l. 2. c. 47. *Iisdem autem ventis in contrarium nauigatur prolatis pedibus, vt noctu plerumque aduersæ vela concurrant.*

Pes etiam vinaceorum in torculari, Columella, l. 12. c. 19. *sereno* (inquit) *siccoque die vuas quàm maturissimas legemus, quibus proculcatis mustum quod defluxerit antequam prælo pes eximatur, statim de lacu in vasa defrutaria deferemus.*

Pes est alicuius viæ oræ vel tractus. Solin. c. 14. *Meliboea in hoc pede computatur.*

Pes est mensuræ genus, & præcipua mensura longitudinum digitorum sedecim, & vnciarum duodecim, siue is sit Græcus siue Romanus antiquus.

Pes etiam pro pediculo sumitur, Plaut. *Curcul.*
Vt muscæ, culices, pedesque, pulicesque
Odio & malo, & molestiæ bono vsui estis nulli.
Pes pro pudendis sumitur ab Hebræis antiquissimis, vnde aqua pedum apud eos pro vrina, & tegere pedes apud Dauidem Hebræum, est vrinam reddere, vel vt interpretatur Ionathan, est aluum exonerare. ita enim explicant hæc loca scripturę 1. Samuelis 24. 4. Saül venit ad texendum pedes suos, & Iud. 3. 25. operit pedes suos.

Pes etiam edicti genus quod longis periodis contentum vno spiritu à præcone recitabatur. Galen. epid. l. 6. quem vide, nam ego finio.



Conclusio admirandorum de pede.

CAPVT XII.



TEMERARIVM esset non esse contentum paucis in re tam tenui, & superare velle arte materiam. Maximè cùm non dederim huic negotio, nisi quicquid fuit temporis futilis & caduci, id est paucos dies, vt diceretur me hæc scripsisse cùm à scribendo vacarem, nam erube-

ſcam ſi quis hunc pedem ſtudium non ſeceſſum vocat, quo magis egi, vt has horas quas ei dedi non perderem, quàm vt ſtudioſè collocarem. Venit verò in mentem maiores noſtros ſimilia otii decora non neglexiſſe, ranas, muſcas, raphanos, apes deſcripſiſſe, corpora minora, ego verò minora minoribus exequutus ſum, vt ſicut fuit in nuce tota Troia ardens, eſſet in pede tota natura. Eſt enim ita natura comparatum, vt antiquiora inuenta perdas niſi illa imiteris, aut nouis cumules, in quo nulla eſt inuidia, & facilis excuſatio cùm eſt modeſtia ſermonis & materiæ. Hæc ratio me tenuit, quod ſi hæc putatis magis ærei ſæculi, quàm aurei ſtudia, & os omne quod loquitur debere eſſe Chryſoſtomi, non ſubſigno, nam non licet omnibus eſſe diſertis; aut inuiſere Corinthum. Magis ordinatus liber eſt, cuius non eſt ambitioſus titulus, aſpice Homerum.

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, i.
Iram cane dea Peliadæ Achillis.

Aſpice Virgilium:

Arma virumque cano.

Aſpice & alterum maioris ſpiritus,

Fortunam Priami cantabo & nobile regnum.

Hoc poëma tam ampulloſum non tam vitale fuit, quàm priora pulchra & modeſta. Num ergo iuſtis de cauſis videor pedem elegiſſe de quo ſcriberem. Debebam quidem maiora, & forte poteram dare, ſed mare non tantum delphinos, ſed etiam ſquillas, & cocleas ſuggerit, cocleas, inquam, opima etiam

aliquando ſpolia Imperatorum: quod præcipuè debui fuit fides, ſtudium, obſequium, quæ ſtrictè debeo, & ad quæ attendo. Ipſum opus ex opere operato nihil eſt, ſed operantis, nec tam efficio vt conſequar alicuius beneuolentiam ore quàm corde. Sic me tueor, & beneuolentiam alienam conſeruo, ſi non poſſum augere, ſic priora beneficia cuſtodio, ſi poſteriora non poſſum mereri. Sic denique ſemper impleo conatum qui nunquam magnus, deſiderium non expleo qui conatui ſupernatat; amplectimini ergo me, & occaſionem obligandi me amplectimini. Cæterum hoc te moneo, Lector, noli hunc pedem lædere, nam inter ſigna mortalitatis ſemper fuit pedem offendiſſe, atque ſi offenderis peribis: in quo ego multum debeo huic pedi qui me tutum ab omni Zoilo facit. Aliud etiam debeo huic pedi, quod nemo ad illum poterit deſcendere aut manu tenere quin hoc dicatur adorare: nihilominus quia vobis, ô dii, omnium cura eſt, & maxime minimorum, & nihil tam firmum aut tam bene munitum humanis viribus, nulla Troia tam bene à ſuo Hectore defenſa, quàm non Vlyſſes aliquis poſſit euertere, ſi non dij aliqui defenderint, hunc pedem vobis commendo, vt ſi quis pedis huius iura violauerit, & plantam eius ſacram læſerit, quemadmodum quando

——Tydides perctſſit pondere coxam
Æneæ,

Venus, cui charus erat Anchiſiades, eius

curam habuit: ita Deus ille cui charus ſum, me nunc tueatur, quem precor ſentiant Iouem boni, & Veiouem mali, vtque omnes ſciant quis meus ille Deus eſt, & mecum omnes illum venerentur.

Namque erit ille mihi ſemper Deus, illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Aut ego, ſi expedit, agnus ero hoſtia huius Dei, victima illius altaris.

FINIS.

